

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

FF

lib. rarior

SR/ -

78A



GALLIAE CELTI
CAE, AC ANTIQVITATIS
LVGDVNENSIS CIVITATIS, QVAE
caput est Celtarum, campus.



LVGDVNI EX OFFICINA MELCHIORIS ET
GASPARIS TRECHSEL FRATRVM
M. D. XXXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

lib. rarior
1906.

1692 — ex auct. Lips.

P R A E F A T I O
R E V E R E N D I S S I M O D. D. I O H A N
ni du Bellay sacrosanctæ Romauæ ecclesiæ cardinali
dignissimo, ac Parisiensi episcopo S. Campegius.
S. P. D.



QUONIAM homines, artifices clarissime, uehementer optant, mirificeq; nituntur, ut patriam tam ope summa iuuent quam omni officio pietate ac ueneratione prosequantur. Chari tanque sunt filij, chari parentes, chari quinetiam atque nihilominus amici: omnium tamen patria una charissima est. Non solum enim patria parentum esse parens, atq; uenera que a parentibus profisciscuntur omnia contulisse uidetur, uerum etiam complura nobis alia comperitur præstitisse, ueluti solem, æthera, humum, orationē, documenta, mores, uomen, societates, domos, atq; alimenta: quibus muneribus simul se benignam atq; suauem ostendit. Quæ quobrem combustam à Gallis Romam Camillus ardenti animo, cura, sollicitudine, ac interitu uēdicauit, instaurauit, adauxit. Athenas quoq; alioqui inter urbes illustres facile clarissimas, Isocrates, ac Aristides orationibus luculentissimis illustrarūt. Innumeri quinetiā cōperti sunt uiri, qui se corpore pro ualla ausi sint hostibus obijcere, eligentes mortem cum uita commutare potius, quam sinere patriam uinci, aut uastari, aut ledi. Ipse uerò patriam quoq; studio prosecutus, ut horum omnium benefaciendi cupiditatem uideat imitari, ita modo quodam sum dispar munere ipso reddendo: illi enim patriam opere magno re integrare, uel effecere maiorem, ipse imagine atq; aspectus propriij similitudine tanta produxi in medium, ut oculis omnium atq; ubiq; terrarum perquam facile possit esse conspicua, imagine namq; pura atq; historia defecata in hoc opusculo decreui patriam uenerari. Videor quoniam interim opere pretium facturum tam ciuibus Lugdunensis urbis, quam hominibus exteris. ij enim Lugdunum audientes in quadam inani fictaq; cogitatione tanquam in somnio uagantur, spectantes uerò hæc nostra, urbis originem, situmq; eius, atq; plurima alia que sunt cognitione digna, que ac si præsentia forent, infallaci certaq; deprehensione nouisse ualebunt. Verumenim uero, sacratissime præsul, quòd ab Lugdunensibus ciuibus tã opere diligaris, quòd que ciuitas ipsa ob singulares uirtutes tuas intenta erga te est, teq; amat atq; colit, nefas est ut urbis imago hæc (quam modo descripsimus) uel aliorum sit, uel aliter quam urbs ipsa se gerat. Proinde eam cape uel ut tuam, uel ut tibi nuncupatã à nobis, proq; Lugdunensi urbe una duas habe ciuitates, alteram quam ames, alteram quam legas. In hoc enim opusculo leges præsentis urbis ac nostri tēporis ciues, eorumq; mores, consuetudines, ac populi dure ceruicis seduones. Vale reuerendissime ac clarissime artifices: ac nos symphoniacè amas.

GALLIAE CELTICAE

CAMPVS, IN QVO DE LV

gdunensi origine, ac consulatu, & plebeia seditione agitur, à Pierchano equestris ordinis uiro apud Carnutes in S: Martini prioratu æditus.



GALLIA Europæ regio tribus inclytis amnibus in partibus tres, Belgicam, Celticâ, & Aquitanicâ diducitur. Belgica à Scalde flumine ad Sequanâ, Celtica à Sequana ad Garumnâ, Aquitanica à Garûna ad Pyrenæos môtes diffundit. Tamen si Ptolemæus in partibus quatuor Belgicâ, Lugdunensem, Aquitanicâ, & Narbonensem diuidit. Prior

Gallia triplex. Belgica. Celtica. Aquitanica.

sententia cû antiquis magis cõuenit, quippe Narbonensem sub Lugdunensi cõtineri est uero proximû. Veteres historiographi Gallorû fortissimos Belgas, Celtas prudentissimos, literarum monumentis tradiderunt. Appianus historię scriptor clarissimus à Celto Poliphemi filio (qui re-

Gallia Narbonensis sub Lugdunensi continetur.

gionem illam suæ ditioni subegit) Gallię Celticæ inditum nomen refert. Nonnulli à Celto Aruerniæ monte haud procul à sancto Floro C. Cæsar dictator hos tres Gallię populos lingua legibus ac institutis inter se distinde in commentarijs scriptum reliquit. Belgæ siquidem fortissimi barbari agrestes varioq; sunt ingenio, Celtæ prudentissimi humanissimi & in primis dociles, Aquitani uerò perquã agiles ac mobiles. His enim cholera me-

C. Cæsar in comētarijs.

lancholiz admista dominatur, Belgæ phlegmatici admisto quidem sanguine, Celtæ uerò temperati, etenim eorû regio in planitie est sita & (quibus non carent Belgæ) montibus vacua. Inter Celtas tanquã sol inter sydera

Aquitani agiles & cholericæ.

Lugdunum emicat atq; præradiat, vrbs ab omni æuo metropolis, media inter Allobrogas, Belgas, & Aquitanos, temperata & ab omni caloris frigorisq; excessu aliena. Neq; enim æquò calidior ut Narbonensis, nec algidior ut Belgica. Huius situs est inter Rhodanû & Ararim ab omnibus & pœtis & historicis præter cæteros Gallię amnes celebratos. Cuius in pœmio ad Galatas meminit Hieronymus quû inquit, Oppidû Rhodani coloni Rhodiorum locauerunt, vnde amnis Rhodanus nomen accepit.

Belgæ phlegmatici Celtæ temperati.

Li cû Phocensibus (à quibus Massilia olim condita, quos etiam. M. Varo trilingues vocat, quû Græce Latine & Gallicè loquerentur) eõ couenere. Qui Arar quodã dicebatur, de quo Verg. Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim. Antonij Veri temporibus à sanguine xix. mille martyrum in colle qui nunc vulgo Collis decollationis nûcupatur obtrûcatorû Sagonæ nomen sortitus est. Horum cruor ad Ararim defluxit, hæsitq; aliquid quantisper eo in loco, qui nunc Gurgitis vicus Lugdunensi lingua appellatur. Quis non demiretur sanctorum martyrum sanguinem contra fluminis tractû Matisconem vsq; diuinitus cõscendisse: per id tempus Araris non

Rhodan⁹ un de dictus.

Sagona olim Arardicebatur.

Martyrum Sanguis.

Vicus gurgitis.

Matisco urbs.

DE ORIGINE

Sagonæ vna de dictis. men Sagonæ cessisse memoriae proditum est, id quod martyrum sanguinis ratio aperte indicat. Horū princeps atq; prothomartyr Hyrenæus, episcopus Lugduni secundus fuisse traditur. Cuius intimi & familiares amici Alexander medicæ artis professor eximius, atq; Hypipodius, cum suo antistite martyrii palmam adepti sunt. Primus Lugdunensium episcopus Phutinus dictus est, cui paulò antè caput præcisum, corpus flammis crematum, cum *Alexander* *Martyrū numerus.* xlvij. martyribus. In quorum numero diua Blandina vnà cū filio, cui Pontio nomen erat, iure haberi debet. Is annum agens decimum quintum cū pietissimā matre acerrimus Christi miles oppetit. Inclyta hæc Lugdunensis vrbs, olim Gallica insula vocitabatur. Hannibal enim auctore Plutarcho multis consilijs persuasus castra mouit, & per ripam Rhodani aduerso flumine profectus, paucis diebus peruenit ad locum, quem Insulam Galli appellant. Hanc Arar & Rhodanus amnes ex diuersis montibus confluentes efficiunt. Ibiq; Lugdunum est celeberrima Galliæ vrbs, quā longis postea temporibus à Plāco Numatio conditam fuisse accepimus. At Berosus Babilonicus à rege Lugdo (qui primus has sedes incoluit Macabei regis seculo) Lugdunū cognominatum cēset. Quo quidem tempore apud Thuscōs Hercules Alemānus, apud Celtas idē Lugdus regnabat, vt Annius Berosi interpret. verum is liber ad fabulam magis q̄ historiam accedere videtur: iudicio fuerit barbarorum nominū (quæ omnibus ignota ac inaudita sunt) farrago. Proinde nō possum adduci, vt credam huiusce modi fragmenta (quæ falso sub ipsius nomine veluti supposititia feruntur) à Beroso adita. Nimium res gestas Caldæorū, Hebræorū, & Aegyptiorum: à Noe diluuiō postea scriptas reliquit, vt testis est Iosephus in antiquitatum libris. Nonnulli à Lugda Cæsaris legione (quæ Lugduni hyemare solebat) vrbi nomen inditum putant, vt refert Armānus in chronicis. Alij à lucendo, quondā enim (vbi nunc eminet Mercurij vel si mauis Veneris forum) erat speculum, miro quidem artificio perspectiuæq; arte compositū, per cuius medium ex Allobrogum montibus radiatione quadam Lugdunum prospiciebatur. Idq; nundinarū gratia, ad quas vndiq; negotiatores conueniebant, vt testis est Eusebius Pamphilus in suis annalibus. Quidā sentiunt Lugdunum apud antiquos Athanacū ab Atheniensibus dictum. Hinc antiquè illud Athanacēse cœnobium nomen habet, inter geminos amnes situm. Etenim multò antè q̄ Rhodij Rhodanum cognominasent. Minois Cretæ regis, & Thesei Athenarū seculo, tã graui bello Athenienses à Cretenisibus oppressi sunt, ob Androgei Minois filij mortē (quem iniuria interfecto) vt clarissimi Athenarū Philosophi à Græciā profugij, Massiliam cōcesserint. Inde per Rhodani ripam ad Gallicam insulam inter Ananiam & Rhodanū sitam. prouecti, insignem academiam instituerunt, Athanacēsi ab Atheniēsisibus vocantes. C. Cæsar lōgo post tempore alpes perueniens, inde Rhodanum trañciens, in Athanacēsi academia cū Atheniensibus philosophis aliquandiu versatus est. Et quoniam bonarum literarum amantissimus, ac præsertim artis dicendi, in qua præter cæteros, si *Rhodanus à Rhodij dicitur.* M. Tullium ex omnibus præcelluit, Atticos oratores dies aliquot audire in-

Celtæ.

Transrhenani antiquus Galatæ dicebant. Diodor⁹ Sicul⁹ lib. vi. innuit eos nomine Galatarum. Quis ergo non intelligat eam terram, quam nunc Germaniam dicimus, olim fuisse Galliam, & à Celtis occupatam, quemadmodum Transalpinam Insubriam nunc dicimus, quæ tamen Galliarum nomen retinet, quia à Gallis olim fuit habitata. Quicquid virtutis & honesti gestum inter Rhenum & Danubium antiquit⁹, id Celtis vel Galatis, Belgis aliquando, non Germanis, ascribitur: unde accidit, ut ea terra, quæ nunc Germania dicitur, Celtica Galatia ab incolis Celtis diceretur. Est enim Celta antiquum nomen. Germania vero novum. Fuerunt enim Germani (ut Franciscus Hirenicus scribit) ante quod nomen eorum divulgatum est. Et Celtæ dicti & Galli.

Cisrhenani; proprie antiquitus Celtæ dicebantur. Lucillus Tarentinus lib. iij. super Apollonium, Herciniam Celtarum sylvam dixit. Marlianus enarrator Ptolemæi, & nostræ tempestatis homines Heluetios Celtarum populos dixerunt. Illud quoque nobis argumentum præbet, Celtas in tantum dilatatos sub iure suo Germanos subiectos habuisse, quod totam Germaniam sub regibus eorum fuisse historiarum voluerunt. Et sic ubi nunc est Germania dicebant Galatia à Celtis Galatis, qui ibi habitabant, quæ postea dicta est Germania à Germanando seu propagando, vel (ut alij volunt) quia Germani fratres sunt Gallorum. Ab his enim originem duxerunt.

Celtæ

Allobroges: qui & Burgundi dicti sunt à duce, cui nomen fuit Alloxox, à posteris Allobrox dictus est. Commixtio autem interpretatur Austrum versus. Nec dubium est illum fuisse, qui in Australi Lugdunensis provincie partem commixtas colonias duxerit vocatas Allobroges. in quibus cosmographi vrbes illustres describunt, Viennam, Gebenam, Aunonem. Sed postea dicti sunt Burgundi à Burgis, quia prius habitabant in Burgis circa Rhenum.

Lugdunenses: qui & veri Celtæ. Lugdunensis Gallia ducta per longum, & per angustum. inflexa Aquitaniam semicingit; ab oriente habet Belgicam, à meridie partem provincie Narbonensis, in qua Arelatum civitas sita est. Et mari Gallico Rhodani flumen accipitur.

Narbonenses. Est enim Narbonensis provincia, pars Galliarum; & habet ab oriente Alpes Cottias, ab occidente Hispaniam, à circio Aquitaniam, à septentrione Lugdunensem provinciam, ab occidente Belgicam. Secundum descriptionem Cæsaris Narbonensis & Lugdunensis eadem est provincia, videlicet Celtica Gallia, qui (ut inquit) dicitur veri Galli.

Celtæ

Sequani sunt populi in Rhodani & Dubidis fluviorum medio habitantes. de quo Strabo, Lugdunensis (ingit) in colle conditum, ubi Arar amnis Rhodano commisceat. Hanc urbem genti Sequanorum præsidere constat, quæ in Rhodani & Dubidis medio iacet.

Burgundi siue Burgundiones inter Ararim & Iuram moti sunt siti. quorum origo est Gallia, quæ est circa Rhenum; Plinius, itemque Ptolemæus cæterique historici scribunt ultra Vistulam Germanis proximis. Ea gens priscum adhuc robur & animum spirat.

**Celtarum antiquorum
philosophi & poëta.**

Bardi melodiariū poëta: hi organis veluti lyra cantant hos laudantes, alios vituperātes, sermone utebantur breui ac subobsuro, multaq; animo dubia loquebantur, acuti erant ingenio & à doctrina minime alieni.

Saronidæ: Gallorū erant philosophi utebantur insuper diuinationibus, qui apud eos cum augurijs & sacrificijs futura prædicūt maximè existimant, omni eis obtēperāte plebe. Est & apud eos id moris, nullum absq; philosopho sacrificiū facere.

**Christianorum philosophi
ac theologi.**

Græci, vti fuerunt Theophilus, Iohānes Damascenus, Gregorius Nazianus, ac Nicen^o, Iohānes Chrysostomus, Origenes.

Latini, vt fuerūt Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Hilarius, Tertulianus, Cyprianus, Lactantius.

Celtarum Christianorum ac recentium philosophi ac theologi.

Reales qui formalitates qdditates, esse scitantes naturas cōmunes ponūt, vt fuerunt Scotus, Alexander des Ales & similes.

Medij seu terministæ formalitates qdditates nō omnino negantes, sed quodāmodo medium ponētes, vt fuerūt, Faber, Bouill^o, Clucteus & illorū collegæ.

Noiales formalitates quid ditates esse itates naturas cōmunes & quæ à sensu remotæ sunt negātes nihil abstrahentes, qui & sensuales dici possūt, vt fuerūt Okanus & Buridanus.

Celtarum realium sectæ.

Scotistæ formalitates esse itates cōmunes naturas ponentes.

Thomistæ formalitates esse itates nō omnino negantes sed non ita à rebus vt Scotus abstrahentes.

Nominalium Celtarum sectæ,

Okanistæ quātitate à re quāta figurā à re figurata nō separātes.

Areminēses Gregoriani complexè significabilia assignātes, in alijs Okanizantes.

Buridanistæ quātitatē à re quāta & figurā a re figurata distinguētes, in alijs cum noialibus cōcordantes.

**Celtarum recentium
oratorum sectæ.**

Atticissantes ac quodā modo Chaldaizātes, oīa aut plurima aliorū sensa rephendētes, nihil quod in Erasmi hortis non reperiatur laudantes.

Ciceroniani omnes præter Ciceronem refutantes vt Longolius, Sadolet^o, Doletus.

Hieronymiani vestigia Hieronymi imitantes aliquādo cādide nōnūq; ingenuè, interim elegāter, acutè, apertè, appositè quādoq; simpliciter stylo rem suā narrantes.

Gallia

LVGDVNI.

animum induxit. Quorum singulari eloquentia magnopere oblectatus, academi-
 am tantum abest ut deleuerit, ut potius auxerit illustraueritque. Nec
 procul hinc Latinam sapientiam (quam à suo nomine Cæsaris Aram cog-
 nominauit) magnifico quidem apparatu erexit. Post id temporis impera-
 te C. Caligula, quod annis institutum fuit publicæ cōsultationis tam Græcæ *Cæsaris ara*
 quæ Latinæ theatrum, quod ex vniuersi orbis partibus, Asia, Europa, & Afri-
 ca, vtriusque linguæ oratores congregiebantur ad Cæsaris Aram dicturi, ea *C. Caligula oratorum certamen Lugduni instituit.*
 quidem lege atque ordine, ut qui cæteris palmam præriperet, magno auri &
 argenti pondere donaretur, qui verò ab oratoris officio alieni nomen sibi
 insolentissimum arrogarent, aut lingua chartam oblinere, aut ferulis cædi
 adigebantur, nisi in proximum amnem ter mergi maluissent. Idcirco metu
 pallecebant omnes orationem habituri, ut præclare cecinit satyricus, Pal-
 leat ut nudis præssit qui calcibus anguæ, Aut Lugdunensem rhetor dictu-
 rus ad aram. De hac Atheniensium academia Iulius Cæsar in suis commen-
 tarijs non meminit, Latinam enim instituit, quam, ut aliam obscuraret, poli-
 tioribus literis illustrans, à suo nomine Cæsaris Aram cognominauit. Por-
 ro commentariorum libro sexto de Druidis abunde meminit. de quibus
 eidem Pomponius Mela lib. iij. Habent (inquit) Galli & facundiam suam
 magistrisque sapientiæ Druidas, hi terræ mundique magnitudinem & formam, *Druidæ.*
 motus cæli & siderum, ac quid dii velint scire profitentur: vnum præcipue
 affirmant, æternas videlicet esse animas, vitamque alteram ad manes. hæc Pō-
 ponius. In imperate C. Caligula, ad diem dictum aduersus Athenienses ora-
 turi, Lugdunum petere cogebantur. Hæc verò academia ad Neronis usque
 ætatem perstitit. Sed hæc hæc tunc. Lugdunum à Placō Romano condi-
 tum in eo colle quod Veneris forum nunc dicitur, fatali igne diei tantum *Lugdunū à Placō con-*
 vnius spatium penitus exarsit, ut meminit Seneca ad Lucillum. Hinc colo-
 nia (inquit) ab origine sua (centesimus annus est ætas ne homini quidem *ditam.*
 extrema) a Platone deducta in hac frequentia, loci opportunitate conua-
 luit. & post paulò, Ciuitas arsit opulenta, ornamentumque prouinciarum,
 quibus & incerta erat & excepta. Et licet totius Galliæ caput Lugdunū
 prædicaretur, sæpe (ut idem testis est) maiori fortunæ locum fecit iniuria. *Lugdunū in-*
 Multa ceciderunt, ut altius surgerent. Deus enim. opt. max. nonnunquam *cedium.*
 vrbes demolitur, ut clariores posthac instaurentur. Idem anxios mortales
 multis aliquando calamitatibus afficit, ut perfectiores tandem efficiantur.
 Quare rite nos admonet Seneca, quum ait, A Equo animo ferre debemus
 urbium excidia: hoc enim vnum scio, Omnia mortalium opera mortalitate
 damnata sunt, inter peritura viuimus. Et fortasse Lugdunensis colonia
 consumpta est, ut in melius excitaretur. Videre licet in Achaia, clarissima
 rum urbium fundamenta iam consumpta, nec quicquam extat ex quo ap-
 pareat illas saltem fuisse. hæc Seneca. Sed ad institutum sermonem rede-
 amus, Lugduni in collis vertice (vbi nunc Veneris forum) templum aderat,
 sexaginta columnis sublime, ex totidem prouinciarum, quæ Lugdunen-
 si coloniam subiiciebantur, numero. Quarum singula à singulis regionibus *Templū. lx. co-*
 extructæ fuerat. Vnde Suetonius, Aderat (inquit) ara dignitatis eximia *linarum.*

DE ORIGINE

sexaginta gētium. Alia subinde ingens locata erat. Hæc ille. Antonij Ver-
 tempestate duo hæc supra cæteras vrbes Lugdunū illustrabāt, tum Græ-
 cæ Latinæq; eloquētiæ academia, tum nundinæ perclares, ad quas (vt
 Eusebius Pamphilus Cæsariēsis episcopus scriptum reliquit) ex vniuersū
 orbis prouincijs mercatores omni priuilegio ac libertate ab Romanis im-
 peratoribus donati confluebant. Adhæc Lugdunense numisma perinde
 ac Romanū signatum erat, & vbiuis gentiū admittebatur, si quid Strabo-
 ni cosmographo credendū, cuius sententiæ Eusebius suffragatur. Hisce
 authoribus facillè intelligas, vbi nūc Veneris vel (vt alijs placet) Mercurij
 forum erat olim emporium, id est, nūdinarū locus. Nonnulli secus sentiūt,
 quippe qui Veneris forum illic situm fuisse contendunt, vbi nunc
 Beatæ virginis Mariæ templum dicatum, abhorrentem prorsus à Venere
 denominationē sortitum est. Quid enim Veneri maximè aduersatur re-
 pugnatq;? nempe virginitas, vt omnibus in confesso est. Huius historiæ
 memoria à scriptorib; nescio qua incuriā prætermisā est. Proinde liberū
 id opinaturis relinquamus. Quædam adhuc vetusti illius templi extant
 vestigia, ex cuius saxis celeberrima illa beato Iohanni sacra ædes à gene-
 rosissimis exulta comitibus, extructa est; nec pcul hinc quadrata domus,
 cui ab antiquitate nomen inditum, ab annorū. xxv. lapsū vel circiter con-
 dita est. Sed ad rem, Lugdunū incendio bis cōflagrauit, primūm Neronis
 imperio, vt iam abunde dictum est, tum Seueri, & Albini, Romanorum
 imperatorū seculo. Nāq; (vt ab Herodiano præclare scriptum est lib. iij) vbi
 iam in Galliā Seueri copiæ peruenerāt, leues quidē primò pugnae qualicq;
 velitares fuerunt; postremò apud Lugdunū magnam urbem atq; opulen-
 tam prælium in manibus fuit. Nam quum se mœnibus tenuisset Albini
 exercitus, euasit in pugnam; Seueriani magna strage ædita, ad urbē perue-
 nerunt. direptū mox, incensumq; Lugdunū, Albino caput abscissum, per-
 latumq; ad Seuerū est. Ciuitas hæc supra cæteras Galliæ nationes floruit p
 id maximè tempus quum rerum potiebantur Romani, atq; etiā multò atē.
 documento esse possunt antiqua fornicum opera, quæ à S. Stephano Fu-
 ranensi (ita enim vulgo dicitur oppidum nō procul distans) ad S. Iusti sub-
 urbium vsq; diffunduntur. Ibi Lugdunum olim situm. Nostra verò ætate
 videre licet cæmentitia, lateritiāq; illa ædificia, perq; solida, miroq; artificio
 extructa, tantæ quidem molis, vt singulos Galliæ pontes superēt. In quo-
 rum fastigijs erant aquæ ductus, defluebat enim amnis (vnde oppido nos-
 men) Furanensis Lugdunū vsq; per loci eius mediū, in quo nunc à mar-
 tyrū supplicio crux dicta erecta est. Hæc moles tanto erat artificio structa,
 vt facillè materiā opus superaret. Cui vel resarciendæ, opes Gallorum vni-
 uersæ vix essent satis. Hæc (vt historiarū monumētis traditum est) commu-
 nibus Galliarum impensis, à Colonia Rheno finitima, ad Pyrenæos mons-
 tes euasit. Quæ satis quidē indicat, Lugdunum inter reliquas Galliæ
 vrbes atq; prouincias metropolin tunc temporis extitisse. Quinetiam hac
 tempestate eadem fornicum vestigia supersunt, à quibus superfusā vnda-
 rum copia, forensē oram non procul à Chaponiaco Lugdunensi pago
 influebat.

Lugdunense
numisma.

Emporiū si-
ue nudinarū
locus.
Virginis Ma-
rie templum

Materia tē-
pli diui Iohā-
nis.

Antiquaria
domus.

Seueri
Copie.

Albini exer-
citus.

S. Iusti subur-
bium.

Vetusta Lug-
duni ædificia

Furanensis an-
nus.

Rhenus gerra-
mania flu-
uius.

Chaponia-
eius pagus

LVGDVNI.

influebat. Spectanturq; hæcenus supra bis centum, vbi nulla superant for
 nicum opera, visuntur exesi terebratiq; colles, quos vnda incredibili quo-
 dam artificio perfluebat, ad decem siue duodecim miliaria. Hæc vrbs Ieru-
 salem florentissimæ quondam Palæstinorum vrbi conferri potest. Quip-
 pe vt Ierusalem & tempore & dignitate vniuersas Palæstinæ vrbes ante-
 cessit (de qua regius ppheta, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei) ita Lug-
 dunum in Gallia. Vt Ierusalem à Melchisedech pacis alumno cõdita fuit
 (de quo doctor gentiũ in epistola ad Hebræos Cap. vii. Melchisedech rex
 Salem sacerdos dei summi) ita Lugdunum ab Atheniẽsibus philosophis,
 sapientiæ ac pacis authoribus, primordia sumpsit. Vt Ierusalem sæpenu-
 mero sua quidem culpa & infidelitate euerfa fuit. Etenim à religioso & sa-
 cro sancto dei vnus cultu, ad profanam idolorum superstitionem, ac po-
 tius miserrimam seruitutem peruersa est, idq; regũ Roboam, Achan, Ma-
 nasses, Ioram, Sedechiaq; temporibus. Haud secus Lugdunum tunc tem-
 poris afflictum est, quum odiosum sanè hominum genus (ij Valdenses à
 nostris, Allobrogum verò lingua Chagnardi nuncupantur) a Christiana
 defecit ecclesia. Hinc perenni quadã ignominia ab vrbe exactum est. Per
 id tempus à clarissimis Gallorum regibus, per viros & bonitate & religio-
 ne insignes, Lugdunum in pristinam gloriam reuocatum est. Qui verò ad
 dicti exilio, pars Neapolin concessit, vbi ad hoc vsq; æui perniciosa huius
 sectæ hereseosq; suscitatores extant, pars in præruptis Allobrogũ monti-
 bus delituit, is locus Vallis pute vulgo appellatur. Vt Ierusalem Maca-
 beorum seculo disturbata est accito ciuium improbitate Ierofolymorum
 euerfore Antiocho. de quo Machabeorum li. j. cap. vi. Et dixit rex Antio-
 chus, Cognoui quia propterea inuenerunt me mala ista, & ecce in quandã
 tribulationem deueni. Nunc verò reminiscor malorum quæ feci in Ieru-
 salem, vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea, quæ erant in ea. Et
 misi auferre habitantes Iudæã sine causa. Ita haud dubiè Lugdunũ, anno
 Christiane salutis quadringentesimo tricesimo, in suũ regẽ, & reip. magi-
 stratus insurgere non timens, graues ac meritas repente pœnas persoluit.
 Complures enim regio iussu ac mãdato nigris auibis prædæ fuerunt. Ex
 quo temporis processu Lugdunensis seditio vulgatum rebellionis nomẽ
 sortita est. Adhæc Lugdunũ, vt metropolin in Gallia, cæteris vrbibus præ-
 luxisse indicio est Lugdunensis ille archiepiscopus Galliarum facile pri-
 mas. Cui reliquæ omnes Gallorũ ciuitates in spiritualibus obediẽtiæ iure
 sunt obnoxia. Fuerit argumẽtũ, quòd Lugdunẽsis ecclesię sacerdotes dia-
 cono subdiaconiq; in solẽnibus sacrificijs mitris vtuntur, quæ alijs negata
 sunt. Reliquis eiusdẽ ecclesiæ carimonijs super sedeo. Equidẽ in libro de
 claris Lugdunẽsibus abũde disseruit Cæpegius. Et in libro de origine ciui-
 tatis Lngdunensis, in quo de ecclesiæ eiusdem hierarchia, & qui in ea clari
 illustresq; fuere, affatim meminit. Tum de priscavrbis origine, quã condide
 re, atq; initio habuere Athenienses. Quæ dehinc à Iulio Cæsare incremẽtũ
 sumens, quoddã veluti omẽ & auguriũ extritit eius quæ nostro seculo cla-
 rissima est, ecclesiæ & Galliarũ primatiæ. Vtq; compendiose colligã, ædes

*Comparatio
Lugduni et
Ierusalem.*

*Ierofolymo-
rũ idolatria.*

*valdẽsiũ he
resis.*

Exilium.

*Lugdunẽses
regi rebelles*

*Lugd. archie-
piscopus Gal-
lie primas.*

*Lugdun. ab A
theniẽsibus
conditum.*

D E O R I G I N E

Ædes D. 10- illa diuo Iohāni sacra ex materia lapidum templi Cæsarei, eiusq̄ quod in
hānis è lapi- colle eminebat, extructa fuit. Indicāt marmora eiusdem magnitudinis &
dib. tēpli Ce structuræ, quæ media tenent subsellia. Idq̄ apud omnes & ingenio & pru-
faris cōstat dentia insignes memoratu dignum videtur. Prætermitto veterū tum Gre-
 corum tum Romanorum epitaphia, quæ in eo ipso de claris Lugdunensi-
 bus libro exactissimè scripta leguntur, quibus Lugdunensis antiquitas
 illustriusq̄ virorum celebris memoria ab omni obliuionis iniuria vindic-
 catur. Et quoniam Lugdunum Ierusalem conferre haudquaquam alienum
 fuit, ingenuè id fateri possum, quæadmodū inter vtriusq̄ Asiæ incolas præ-
 stantissimi Ierosolymis emerferunt, vt. Dauid, Salomon, Ezechiel, Isaias
 & Ieremias propheta, tum magnus ille rex & primus sacerdos Mel-
 chisedech. Cōtrā ex vrbe eadem improbissimum hominum genus origi-
 nem duxit, nempe Ieroboam, Ioram, Achan, Sedechias, Cayphas, Annas,

Qui ex Iero- cæteriq̄ nefandi & flagitiosi parricidæ, qui omnipotentem rerum omniū
solyms i. pbi creatorem, verum Melliam & Christum in lege promissum, patremq̄ cæ-
 lestem cruci affixerunt. De quibus Lucæ xij. Ierusalem Ierusalem, quæ
 occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te. Iure idem de Lu-
 gdunensi iudicium fuerit, quæ optimos saluberrimosq̄ vniuersæ Galliæ
 fructus, contrā nequissimos & saneq̄ perniciales tulit. In proborum albo
 haberi meritò debent xix. martyrum milia de quibus paulò antè egimus,
 vt S. Iustus, Phutinus, Blādina, Nicetius, Bardomerus, Sacerdos, Enemū-
 dus, Alexander, Hyreneus, Hypipodius, Eucherius, & complures alij san-
 cti & martyres. Atqui vt de Ierusalem contraria fuit oratio, hinc scelera-
 tissimum prophanissimumq̄ hominum genus prodijt, vt pote Valdeses
 illi, quos pauperes de Lugduno vocitari in cōfesso est, abominandæ huius
 sectæ, & perditissimæ hereleos authores, qua bona pars septentrionalium
 polluta infectaq̄ est. Hæc eadem in causa fuit, cur multæ vrbes, & nō pau-
 ca cœnobia ruinā traxerint. Hæc lethalia & intestina cōcitauit bella, atq̄
 (vt summatim dicam) verendum est, ne hi corruptissimi diuinæ legis præ-
 uaricatores Antichristi præcursores dicendi veniant. De quibus Paulus
 in epistola ad Timotheum cap. iij. In nouissimis temporibus discedēt qui-
 dam à fide, attendentes spiribus erroris, & doctrinis dæmoniorum, & in
 hypochrissi loquentes mēdacium, & cauterizatam habentium suam con-
 scientiam. Sed ad institutum redeamus, Eæ eadem vrbe L. Plotius (vt ple-
 risq̄ persuasum est) originem duxit, vir eloquentissimus, qui primus Sue-
 tonio teste Romanos Latinam rhetoricen docuit. Item complures alij, qui
 maximo vsui reip. fuerunt. Contrā pleriq̄ tyranni, ac plebis seductores
 hinc orti sunt, qui prædictæ seditioni ansam (vt palā est) dedere. Nec mirū
 si nostris quidem temporibus, in hanc rursus pestem incidere moliti sint,

Religiosi Lu- cum varia & multiplex incolarum omnis generis turba passim occurrat,
gdunates. leopardi exemplo varijs maculosa coloribus. Id quod reip. in primis sus-
 pectum ac formidolosum esse debet. Quocirca regiā maiestatem decet
 ciuitatem Lugdunensem iure & legibus ad rectiorem vitæ semitam re-
 uocare, & iustitia gentes frenare superbas, ne in miserima illa incidamus.

*Lugdunates
paridi similes*

tempora

tempora, de quibus beatus Petrus epistola ij. cap. iij. Venient (inquit) in non uilissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes. Idem multis validisque rationibus. Prima quonia Lugdunum urbs est vicina & finitima nationibus alijs omni vitæ genere ac institutis differentibus, cuiusmodi sunt Allobroges Brixiani Burgundiones Heluetij, cæteri que id genus populi. Secunda ob Arari & Rhodanum, amnes rapidos in gentesque, urbem præterfluentes, quibus per noctis silentia insidiantibus amica, nauigio in urbe irrumpere, facile & breui admodum temporis momento, hostes possent. Tertia ob exteras gentes Lugduni desidentes, à quibus tacitis occultisque dolis hostes, quid isthuc rerum geratur, certiores reddi in proptu foret, quod magnopere est pertimescendum. Quarta ob nudinas, ad quas undique conflunt opes & mercimonia, quæ malorum omnium (si quis male utatur) irritamenta sunt, ut puta deceptionis, furti, foenoris, rapinæ in perniciem reip. quæ omnia flagitiorum genera, iustitia & politica administratio extinguere nedum cohibere potest. Quinta quado rudes & indigeste auri argenti que massa, ad Lugdunenses nudinas perferuntur, & inde signata numismata referuntur. Itaque sub custodia prætextu, à pontium obseruationibus multæ calumniæ ac furta, perpetrari haud dubie possunt, nisi urbs iure ac legibus rite gubernetur. Hinc expeditissime colligi potest, nullam in Gallia urbem acriori iustitiæ administratu regendam, ac Lugdunum, quod regia maiestas in primis obseruare habeat, ut non iustissimis legibus modo, sed etiam fortissimis mœnibus, atque propugnaculis, tueatur, quæ passim inualida imperfectaque publici ararij penuria spectantur.

Lugdunū se-
dittoni obno-
xium

DE POLITICA ET CIVILI ADMINISTRATIONE, item de regimine Lugdunensis reip. abhinc annos quinquaginta, & de consulum numero.

CAROLI septimi temporibus, Lugdunum sanè generosum erat, duplici quidem ratione, tum quia bona opulentiorum ciuium pars nobili genere nata, ut domus à Villa noua, à Vareio, à Bleterano, nunc Ducheria vulgari sermone dicitur, domus Bletrensis, Chaponiacensis, & complures id genus familiarum, tum quia æquo iuris examine regebatur hæc ciuitas. Et quæ nunc apud Lugdunares celebrantur nudinæ, Gebennam Allobrogum urbem (quam Lemannus lacus alluit) Aureliam olim dictam, illustrabant. At quonia Gebennenses duræ ceruicis, & suo duci rebelles visi sunt, is ab rege Lodouico. xj. impetrauit, ut ab urbe Gebenna Lugdunum transferretur, non sine libertate & regalibus priuilegijs. Ex quo plerique nobilium relicta urbe rus concesserunt. Itaque Lugdunensis nobilitas in mercantium plebem de omni hominum genere refertam deteriori quidem conditione degenerauit. Indicio sunt Itali, Florentini, Ligures (qui & Genuenses) Lucani, Allobroges, Germani, Hispani, & relique eiusmodi nationes exteræ, ex quibus ciuitas hæc conflata est, iuxta illud Horatianum, Purpureus latet, qui splendeat, vnus & alter Assuitur pannus. Per id temporis creati sunt consules numero. xij. qui reip. præessent, horum sex triduo ante Christi natuitatem quotannis in Thomalibus deliguntur, toti denique ex superiori-

Nudinæ olim
Gebennæ, pos-
sita Lugdunū
transierunt.

Consulū deli-
ctus.

DE POLITICA REIP.

bus in annum sequentē pristino fungūtur magistratu. Ii in æde S. Nicetio sacra. xij. Cal. Ianuarias nominatim confirmantur, ibiq; de consulū & reipub. laudibus à viro dicendi non imperito, quotannis habetur oratio panegyrica. quæ à maioribus inuenta, laudabilis ac percelebris consuetudo hæc inualluit. Annum circiter sesquimillesimum quintum, infurrexit plebeium hominū vulgus, qui artifices nuncupātur. Ii aduersum consules cōcitati diutius litigauerūt. Hinc prima mali labes, hinc calamitosa seditionis caput, quæ hoc anno miseris sæuire modis visa est. Nihiloscilicet anno Christianæ salutis M. ccccc. xx. regio edicto cautū est, ne plebecula contra magistratus contenderet, neue vltterius hæc artificū secta nominatim prædicaretur, quæ si nunquā orta fuisset (dij boni) quanto melius cum Lugdunensi rep. ageretur. Quandoquidē popularis huiusce tumultus in causa fuit. Cæterum vt de Lugdunensi cōsulatu, quæ nostra sit sententia, paucis disseramus, ingenuè fateri licet, Si Lugdunū Aureliæ Pictauis aut Biturigis speciem referret, meū semper iudicium fuit, non inutilem cōsulū. xij. numerum. Sed quatenus exteris varijsq; nationibus constat, haud facile inuenias singulis annis cōsules. vj. indigenas nihilominus post habentes sua negotia publicis, id quod viros bonos patriæq; parentes siue consules (vnde nomen habent) in primis decet. Id præcipit M. Tullius lib. offi. j. Qui reipub. (inquit) præfuturi sunt, vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quicquid agant ad eam referant, oblitū cōmodorū suorū. Verum mihi satis persuasum est, vix duos quotannis indigenas, tum prudētia, tum opibus præcellentes viros in consules eligendos inuentū iri, tantum abest vt. xij. reperias qui reip. perinde ac priuatæ consulant, vt consulis est officium. Nec tamen eo inficias, si Lugdunū Aureliā reliquaue vrbes (quæ non exteris sed indigenis & ciuibus constant) imitaretur, consulū. xij. numerum oppidoquam conducibilē fore. Quem Christus in apostolorum delectu probauit. Quinetiam in lege & testamento veteri duodecim fuerunt prophetæ seu patriarchæ, filij Iacob, & xij. tribus Israel, tum xij. lapides pretiosi, quos populus Israël Mose duce apud Iordanem fluum inuenit, vtpote Iaspis, Adamas &c. de quibus Iosue. iij. Eligūtur xij. viri de singulis tribubus. Et ibi legitur de duodecim lapidibus positū in alueo, & duodecim in sicco, vt insit signum posteris. Cōplures aliæ sunt duodecim numeri figuræ, vt duodecim signa zodiaci, aries, taurus, gemini, cæcer &c. Sed quoniam vix duodecimus quisque vrbis incola Lugdunensis est genere, idcirco non alienum videretur cōsulū duodecim numerū ad quaternionem reducere, vniuersi orbis machinā imitando, quæ in partes quatuor orientem, occidentem, meridiem, & septentrionem deducitur, quam quatuor elementorū mixtura constare demonstratū antiquis & philosophantibus & medicis abunde est, nimirū, igni, aëre, aqua, terra. Porro quatuor habet dimensiones, de quibus Hieronymus in epistola ad Ephesios, cap. iij. Latitudinem (inquit) longitudinem, profundum & altitudinē, de corporibus ante discamus, verbī gratiā, Sit latitudo cæli istius terræ, id est, totius mundi ab oriente vsq; ad occidentē, longitudo à meridie ad septentrionem

Regiū edictū

Duodenarij numeri laus.

Lugdunensū Cōsulū quatermo.

LVGDVNENSIS.

trionem, profundum in abyssis & inferno, altitudoq; supra caelestia sublimetur. Necesse compellimur altitudinē angelos intelligere superasq; virtutes, profundum verò inferos & quæ infra eos sunt, lōgitudinem autem & latitudinem media quæ inter superos inferosq; consistunt. Adhæc quaternarium decorant quatuor euangelistæ, qui animalibus quatuor, aquilæ, leoni, boui, & homini aptissimè comparantur. Itidem humani corporis temperamenta siue complexionēs quaternione continentur, nempe sanguinea, biliosa siue cholericā, pituitosa quæ & phlegmatica, dehis atrabilia seu melancholica: quæ ex humorum quatuor mistura conflantur, nempe sanguinis, flauæ bilis siue cholere, pituitæ seu phlegmatis, & atræ bilis eadem melancholia dicitur: quæ ex quatuor qualitibus primis calido frigido sicco & humido proueniūt. Ad rem faciūt quatuor flumina è paradiso terrestri scaturientiā, vt pote Geon, Phison, Tygris, & Euphrates. Itaq; res multò, felicius succederent, si annuatim consules duo procrearentur, superioribus alijs remanentibus. Nec absurdum alienumve foret (vt mea semper fuit censura) eosdem consules quatuor publicis, sumptibus ac stipendijs alijs, quum rei priuatæ vix satis rationem inire ipsis liceat. Quando quidem pleriq; è Lugdunatibus negotiantur, pauci enim admodū è suo fundo victum sibi suisq; suppeditant. Quid autem hominis ingenium fatiget magis quàm negotiatio: de qua M. Tullius offi. lib. i. Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est, si magna & copiosa, multa vndiq; apportans, multisq; sine vanitate impartiens non est admodum vituperanda. Nec inutile foret, si deligerentur consules, negotiosa illa negotiatione haud quaquā impliciti, cuiusmodi essent doctores bonarū artium non imperiti, nominisq; celebritate insignes, nec non ciues tum prudentia tum facultatibus præcellentes, sexaginta aut quinquaginta annos nati, saltem quadraginta, nimirum ante id temporis multarum rerum experientia fretos homines videris minimè. Nam (vt author est philosophus) nemo iuuenes eligit in duces, quia non constat eos esse prudentes. Cui M. Cicero à stipulatur inquiring, Philosophi enim & consilio vigentes, plus consilio in bello paceq; egerunt, quàm armis. Hinc apertissimè colligi potest, vrbem ab excidio facilius conseruatum iri consilio & prudentia, quàm vi armorum atq; opibus. Ad hoc facit illud sapientis Hebræi oraculū, Cum dispositione consilij inicitur bellum, & erit salus vbi multa consilia. Vnde Plato ille philosophorum deus dicere solebat, Fieri non posse, aut nō facile factu, vt quis reip. vtilitati simul consulat, & singulis complacere. Parua (inquit) ciuitas agrè regitur, magnæ vero vrbes difficiles regimine existunt. Cæterū (id quod nō satis mirari ac potius improbare possum) Lugdunenses consules ab artificiorum magistris seu architectis eligi solent hoibus magna ex parte indoctis, aduētitijs, externis ve. nepe Sequanis, Burgūdionibusve, Allobrogibus, Pedemōranis, Germanis, cæterisq; exterarū gentiū, quibus ciues tā precipiti & momētanea occasiōe noscere nō datur. At qui hōc cōsultius ageretur, si penes viros, & nominis fama, & diuinitus percelebre cōsulū delectus esset, quibus viginti p̄claros hoies adijci apprime conesse debet.

Altitudo
Profunditas.
Longitudo.
Latitudo.

Quatuor
qualitates
primæ.

Mercatura autem
tenuis sordida

Deligendorū
Cōsulū ætas.

Consules à laici
eligibiles
surdum.

Penes viros
prudentes
diuites consulum
delectus
esse debet.

CAVSA SEDITIIONIS.

duceret, vt imminentibus reip. negotijs, consulatum gerentibus suppetias præstarent, & suo iure eligendorum cõsulum potestatem sibi vendicarent, Nec alienum videretur, si educandę familię gratia, publicis donaretur sti pendijs, nequid causari liceret, quo minus reip. negotijs summa ope omnique studio incumberent. Etenim vt superiore anno (ne longè exempla pendantur) palam fuit, seditio illa urbem non infestasset, post lecta epigramma ta, à populabundis illis nebulonibus compiratim affixa, qui die S. Marci collecta quadringentorum hominũ manu in Franciscanorum area urbi nescio quid triste minabantur, idque virgente graui annonę penuria. Namque vt à Cor dubesi poëta eleganter scriptum est, Nescit plebes ieiuna timere. Si consules accuratè prouidissent, nequid detrimenti Resp. passa fuisset. Quid si xl. aut. l. Pauloue plures strenuos custodes, armis munitos, huic loco præfessissent, totidemque Dominicanorum areę, qui vulgus illud ignobile non minus quã seditiosum coercere expeditius potuissent. Tela namque præuisa minus nocent. Hęc in primis sedes duę, perniciosis hominũ conuenticulis obnoxie sunt. Idcirco ab omni suspitione, non tantum iniuria, vacuas esse licebat.

QVÆ POTISSIMA LVGDV nensis seditionis causa fuerit.

*Artificiũ rei
pu. necessarium.*

MEchanicarum artium opifices (vt paulò antè egimus) id est manualis artificij (quod reip. necessarium existit, & citra quod liberè inter homines degere haud quaquã licet, quũ ars ex lib. j. Ciceronis ad Herennium sit collectio præceptorum ad vnum finem tendentium) artificum nomen sibi vendicantes (tameñ mercatores vniuersi ceterique omnes manuũ operatione victum sibi quæritantes, ab arte artifices, conuenienti sane vocabulo, appellari possunt nihilo secius vilioribus artificijs plebecula illa infudans, id nominis sibi arrogare non verita est) ij tantis flagitijs primas faces incenderunt. Hinc post regũ edictum, cui obeundo dominus à Rupibus, defuncti magistri Adami Fumee, memoratissimi & artis Hippocraticę, & iuris Cęsarei, professoris filius, præfuit, ob id summopere Lugdunum missus. At quã ab eiusmodi edicto cristam (vt aiunt) attollere illa artificum plebecula neutiquã ausa est, nocendi occasionem hætenus præstolata, in consulum ac reip. exitiũ sæuijt. Nec insueto annonę pretio moueri debuerat, quippe quũ nostra ætate longè carior etiam. xv. solidorum accessione fuerit, regnante in Gallia Lodouico. x. Cuius quidem rei oculati testes sumus, nec id ab Roberto Gaguino regio historiographo prætermissum, dum inquit, Annus salutis sesquimillesimus vnus & octogesimus agitur, fames complureis absumpsit. Longa enim inedia vexati plerique, quum acceptum donò cibum manderent, illum ad stomachum transmittersse coactis inedia arterijs, non poterant. Hoc incõmodo (vt idem scribit) Lugdunenses, Aruerni, Borbonique in primis laborauerunt. Ad hæc anno sesquimillesimo quarto, minoris quidem xxvj. solidis maiori tamen exitio, vendebatur. Nã plerique vicatim famẽ animã agebãt, nihilominus pax, & tranquilla quies, abiecta omni factione, populum alebat. Sed (proh dolor) ex quo nefanda

*Dominus à
Rupibus*

Fames extrema.

LVGDVNENSIS.

fanda hæc Valdensium, & Chagnardorū (vt ita dixerim) secta, non inuenta quidem, verum instaurata, & in pristinam nequitiam restituta, ab aquilone (vnde omne malum nefasq̄) irrupit. Plebs eò superbix, ac improbitatis deuenit, vt tum principibus, tum ecclesiæ præfulibus reluctari non ve- reatur, adeo duræ est ceruicis, vt doctoris gentium Pauli doctrinā minus admittat, qui in epistola ad Romanos, Potestas (inquit) non est nisi à deo, qui resistit potestati resistit ordinationi dei, ministri dei sunt principes. At quidnam temerarium illud seruorū vulgus sibi velit, haud satis scio, quorū pleiq̄ in ciborum lautitia & apparatu heris pares, ne dicam superiores, esse moliantur, quibus facilis olim victus, & sine arte mensa fatis erat. Sed nostro seculo tanta est gulæ inexplebilis auuiditas, vt bona hominum pars ventri atq̄ somno dedita, animū cogat esurire. Quondā idq̄ nostra ætate serui dominis humiles, & subiecti, sobrii, & abstemij, vel certe à temulētia abhorrentes erant. Nunc contrā pro humilitate superbiam, pro obediētia insolentiam, pro sobrietate crapulam induerunt à deo, vt abiecta, & vilis illa vinitorū turba musto è vinaceis expresso olim cōtenta, nunc exquisitissimo, vel quod phalernum superaret mero, non ad necessitatem, sed voluptatem se ingurgitet, obruatq̄. Parthos imitata, qui (Plinio auctore) quanto plus bibunt, tanto magis sitiunt. Nanq̄ & hæc necessitas vitium comitatur, vt bibendi consuetudo augeat auuiditatem. Nonne id à ratione alienum? Nonne deus opt. max. inter dominū & seruum discrimen esse voluit, id quod à beato Petro epistola prima cap. ij. præclare non minus q̄ religiose scriptum est, Serui (inquit) subditi estote i omni timore dominis, non tātum bonis, & modestis, sed etiam dyscolis. Alioqui enim homines sine ratione, sine lege, sine delectu viuerent, & terra sterilis inculta, horridaq̄ in diuinis squaleret. Quæadmodū in Pannonia (quam vulgo Hungariam dicunt) cuius sterilitatem causari non licet, at hominum segnitiam, atq̄ socordiam. Siquidem agricolarum manus deesse, poscentibus aruis, palā est. O infelix odiosumq̄ hominū genus, qui superioribus renitentes, sua negligētia (quæ comitem habere solet infelicitatē) mortē obire fatius ducit, quā agrū colere. O mores, ò tempora. quantū à vetustis illis, & felicioribus immutata? Etenim (vt meminit Petrus Damianus) post mundi nascentis exordium, per mille fere atq̄ sexcentos annos humanū genus sine vini poculo, & elu carniū vixit, nec tamen quispiam eorum, quos scriptura commemorat, languore contabuit. Tunc ergo simplex erat cibus, & morbus rarissimus. Cui suffragatur beatus Hieronymus his verbis, Bibere, & comedere nō deliriarum ardorem debet excitare, sed sitim famemq̄ restinguere: qui carnibus vescitur, indigent etiam his quæ sunt carniū. Sapientix operam dare non possumus, si mensæ abundantiam excogitamus. Sed ex quo Noë vineam conseruit, & mortales voluptatibus indulgere cœperunt, vita humana in dies breuior effecta est, adeo vt nostra tempestate præceps, ac momētanea iuxta illud Satyrici, Imus præcipites, fere videatur. Testis idoneus fuerit Cornelius Celsus libro Medicæ artis primo, Homero (inquit) auctore disci potest, morbos ob iram deorū

*Ab aquilone
malū omne.*

*Seruorum ne
quitia.*

*Vinitorum
temulentia.*

*Pannonia siue
Hungaria se
re inculta.*

*Ignotus quō
dam vini
carniū usus.*

CAVSA SEDITIONIS

*Pleriq; uolu-
patib; pieri.* immortalium relatos esse, & ab iisdem opem posci solitā, veriq; simile est,
inter nōnulla auxilia aduersæ valetudinis, plæruncq; tamē eam bonam cō-
tigitte, ob bonos mores, quos neq; desidia, neq; luxuria vitiarāt. Hæc duo
corpora prius in Græcia, deinde apud nos afflixerunt. Ideoq; vix aliquos
ex bonis ad senectutis principia medicina perducit. Hinc morborum pro-
pagatio. Pleriq; enim voluptatibus periere. Nā plures occidit crapula q̄
fames, gladiusue. Nempe ciborum varietas ab hominibus inuenta, mul-
tarum ægritudinum (quæ maioribus ignotæ) in causa fuit. Cuiusmodi po-
dagræ chiragræ mentagræ cæteriq; arthrici. i. articulares affectus, qui-
bus accedit morbus ille cōmunis, qui omnibus fere assidit ac insidiatur,
quem Itali Gallicum, nos ab vrbe vnde semina orta sunt, Neapolitanum
*Neapolita-
nus morbus.* vulgo dicimus, & cætera id genus malorum genera, quæ omnia ex volu-
ptatum illecebris, & victus intemperantia miseros mortales cruciauere.
Vnde beatus Hieronymus epistola xli. cap. xij. tractatu nono, Legimus
(inquit) quosdam, morbo articularū & podagræ humoribus laborantes,
proscriptione bonorum ad simplicem mensam, & ad pauperes cibos re-
ductos conualuisse, caruerunt enim sollicitudine dispensandæ domus, &
*Romæ uxo-
res astriue.* epularum largitate, quæ & corpus frangūt, & animā. Hinc apud Roma-
nos vxores vino parcere solebant, quia nihil æquē incommodat præclaræ
ac studiosæ proli, ac vinum immodicè haustum. videre licet temulentarū
mulierum liberos non ita ingenio pollere, vt qui ex abstemijs vel sobrijs
*Vinū oli græ-
cis ihibitum
æte annū. xx.* matribus geniti sunt. Olim vinū Græcis ihibitum erat tantisper, dum vi-
gesimum suæ ætatis annum attingissent. Quid quæso iuuentæ magis offe-
dere possit ac vinū præsertim nisi modus absit: Vnde Plato, Ab ebrietate
& vini repletioe iuuenes omnino abstineant. Nulli penitus interdū vinū
concederem, nisi exercitationis corporeæ morborumq; causa hoc potu
opus fuerit: ac vini vsus ferme omnium moderatissimus & parcissimus eē
debet. Cui accedit Galenus li. cōplexionū tertio, Vino (inquit) sua & exi-
mia existit immutatione celeritas. Est nāq; vt facula, & filum oleo perfu-
sum, stupaq; & pix. Vitandus est vini vsus pueris & iuuenibus, q̄ siquidē
imbecilli ac debiles fiunt & cerebro & cæteris membris, venereq; libidini
perq; obnoxij. Hinc plurima scatent vitia. Nec mirum si prisca sacerdotes
*Priscorū sa-
cerdotū ca-
stitas.* castē vixerint ab omni mulierum cōmercio alieni, nempe tunc temporis
synceris moribus liberā a parentibus instituti sobriē vitam traducebant.
Tunc iustitia in vrbibus vigeat, tunc annona iure ac legibus viritim
impertiebatur. Idcirco voluptatibus & delictijs frenum imponebatur. Et
*Antipatia hæ-
reseo radix.* enim cibi ac potus, venereq; libidinis intemperantia, hæresiarchis occasi-
onem prebuit, vt falsam doctrinā disseminaret, Sardanapalū Epicureosq;
agentes, cibo potu ac venere disfluentes discinctiq;. Nanq; (vt author est
Terentius in eunucho) Sine cerere & baccho friget venus. Nunc passim
relictā segetū cultura vites plantātur, quarū inuentor Noe liberis suis ridi-
culus fuit. Omitto Bacchi Cererisq; poeticas fabulas, aliorūq; voluptatis
authorū. Id tñ vnū iure optimo dixerim, nostra ætate summū ius summā eē
iniuriā. Hinc humani lapsus, hæreseōq; innouatiōis ansa. Si agricultura, si
victus

LVGDVNENSIS.

victus ratio iure gubernaretur, longè melius cum anxijis mortalibus ageretur. Itaq; extrema illa fame & inedia neutiq; laboraretur, segetes in culmos inanes nõ degenerarèt, sed deo auspice cœptorum operum omnia diuina quadam (vt aiunt) virgula succederèt. Vt demum vnde egressa est oratio stylum reflectamus, Abhïc quadriennium aut circiter, sex Lugdunensis consulibus indixit, vt iandudum cœptis propugnaculis ac mœnibus (quæ sanè magnifica sumptuosaq; apparent) extremam manū imponerèt. *Frugū penurie causa.*

Qui habita ratione publici vectigalis (vix enim ad summam ter mille librarum anni prouentus accedit) vniuersis vrbis optimatibus atq; artificibus conuocatis consilium inire, quo minoribus reipub. impensis, commodiusq; ageretur. In eo magistratuū plebisq; cōuentu (vt in publicis ædibus comitia captari solent) vnus consulum literarum disciplina præcellens doctor populum concione tenuit. Is proposito ac explicato regis mandato validis rationibus apertissimisq; argumētis persuasit fore operæ pretium, quū tam tenue vrbis vectigal tantę propugnaculorū moli haud quaquā suppeteret, vt ab aliquo merciū in vrbem aduectarū genere publicum æs exigereretur. Pleriq; à frugum annona, nonnulli à vino exigendam esse penuriam opinabantur, vt est varium ac mutabile vulgus. Tūc doctor vrbis consul ad Symphorianum Campegium, illustrissimi Calabriae ac Lotharingæ ducis archiatrū (qui eo ipso anno consulatū gerebat) retulit, & quæ sua esset sententia poposcit, vtrum vtilius, ab annona an à vino vectigal exactum iri. Tunc Campegius post adductas in medium permultas res (vt qui historię nõ ignar⁹) ab Hebræis, Græcis, Aegyptijs, Romanisq; geftas apertissimè indicauit, quæ L. Syllæ, C. Marij, Scipionis Africani cæterorumq; temporibus Romanæ reip. incommoda contigerant ob exactū à frugibus vectigal. Itidē & apud Lacedemonios Græciæ populos regnante quondā Lycurgo, & Ladislao. Quis enim citra annonam vitalem agere spiritum queat? Quaræ Scipio Africanus profligato Hannibale vrbem, vt agrum liberius coleret, deseruit: populo enim annona penuria laboranti aliquando succurrere sperabat. Vbi complures recensuit historias, de vino habitus est sermo, Platonis auctoritate, qui refert Athenienses ab agricultura abstinuisse, & humum cereri aptam baccho dicasse, adeo vt ad extremam non sine mutua nece famem deuenerint. Quocirca lege cautū est, vt cōuulsis extirpatisq; vitibus, agros segetibus conferent. Adhæc subiunxit idem Campegius, sua ætate triticum solidis tribus & nouē nummis vānum proflare, & siliginem solidis duobus & sex nummis, sed ab hinc septem iustra (quæ .xxxv. annos efficiunt) vinearum satio adeo excreuit, vt triticum octodecim solidis emptum fuerit. Hinc annonæ penuria inualuit hætenus. Ecce protinus infremuit nescio quot vinitorum & cauponum ignobile vulgus, à tritico magis q̄ vino pendere vectigal cupientium, non publicæ quidem sed priuatę vtilitatis gratia. Mox consules, vniuersisq; vrbis proceres, ac optimates in Campegij sententiam descendērūt ea lege, vt pro quolibet cado seu vase vinario quindecim nūmi exigerentur, ad sex vsq; annos, dum vrbis mœnia ac propugnacula extructa fuerint. *Regis mādātū de p̄ficiēdis mœnibus*

Vulgus incertum.

Scipio Africanus optimus agricola Atheniensem famem unde.

Vectigal à vi no exactum.

CAVSA SEDITIONIS

Die 8. Marti Cæterùm (vt tandem scopum feriamus) lux ea sancto Marco sacra fuit,
1519. cohorta qua seditio cohorta est. Quidam machinarum non quidem Martiarū at
seditio Lugd. potius Bacchicarum artifices, qui sæpius in cauponis q̄ sacris ædibus ver
 santur, in Franciscanam aream, vt dies locusq̄ dictus fuerat, conueniunt;
 Pars templi fastigium conscendit, cymbala pulsat, perinde ac si pleraq̄ vr
 bis loca ignis inuasisset, id quod maioris tumultus incēfæ plebi causa fuit.
 pars, eaq̄ non minor, spectans ædes Campegianas è regione Frãciscanorū
 sitas, in quarū arce summa Ierusalē insignia appendent, veteris nō immem
 mor sententiæ, quū idē Campegius à vino potius q̄ tritico exigēdū uectigal
 persuaferat, post pocula quicqd̄ monstri iam pridē aluerat effudit, nō vt
 ipsius triticū deprædaretur, quippe qui nullū haberet præter id quod ex
 suis prædijs annuatim aduehitur: nihil enim vnq̄ frugū in foro emit, nihil
Cōiuratorū vēdidit, at qui messe tenus propria hæctenus vixit. Tunc furibūdū vulgus
numerus. circiter duo hom̄ milia in Campegianas ædes impetū facit, frangit fores,
 irumpit, vrbis cōsules ibi delitescere causatur, eò publicā annonā aduectā
 eisse vociferatur, exclamat, excandescit. Illi quidnā molirentur exquirenti
 minaci vultu respōderunt, ibi triticum abditum esse. quibus è vestigio oia
 domus horrea & cubicula reserari iubet, omnem penū ostētat in cado ad
 duorum pene equorum onus repositam. Cumq̄ vniuersas ædium cellas
Mulierū de ipse indicat, ecce reliqua prædonum turba, in qua ducentæ, aut circiter,
prædatū nu mulierculæ iufimam domum disturbant, vbi altera ex parte Christi, ex al
meru. tera Petri & Pauli effigies, quas diris manibus dilaniant. Aliæ erant vt pu
 ta Pythagoræ, Democriti, & Hippocratis statuar, quibus omnino parcunt.
 Vbi primum huiuscemodi imaginum ruīnam vidit Campegius, Profana
 (inquit) nefandaq̄ Valdensium secta, quæ inter amnē vtrunq̄ primordia
 sumplisti, nūc eorūdem improbitatem & sæuitiam reuocare niteris, Chri
 sti sanctorūq̄ simulachra miseris modis confœdas. O indignum & per
 petuò execrandum facinus, propter quod Iulianus cognomento Apostata
 graues tādē meritaq̄ pœnas luit, cum aduersus Parthos dimicaret:
 in eo enim bello ab ignoto equite (quem nonnulli beatum Mauricium de
 cies mille martyrum ducem arbitrantur) confossus est. Testor (idem
 iuquit) deum immortalem, me posthac inter Ararim & Rhodanum nō
Iustitia hu commemoraturum, donec iustitiæ auspicijs omnia melius regantur. Etenū
mane societa (vt scitē admodum scripsit Plato) in cunctis ciuitatum ac oppidorum gu
tus uiculum. bernaculis, oportet in primis iustitiā vigere, qua si caruerint mortales,
 intereat omnis humana societas, necesse est. Is protinus equo insidens in
 animum induxerat Meccœnatem suum Lotharingiæ ducem clarissimū
 reuisere, ni inter equitandum insperatus amicorum congressus illum ab
 instituto auertisset, apud quos diutius humanissimè confedit. O cæcas
 populi mentes, o vulgus insipidum iners stupidumq̄, multa scilicet ex
Plebs in Cam opinione (si qua M. Tullio fides) pauca ex veritate djudicās, non possum
pegiū igrata non demirari tuæ ingratitude labem: quippe quum pro beneficio mas
 leficiū, pro iure iniuriā, pro pietate immunitatem rependis. Nōne hie
 tuarum partiū defensor, & acerrimus propugnator non aliter q̄ tribunus
 plebis

LUGDVNENSIS.

plebis apud Romanos, semper fuit: Nonne suorum oblitus commodorū reip. consuluit, quem in suo cōsulatu tibi arbitrū elegisti? Hic vox semper populi fuit. Hic plebis libertatem tueri summa ope vtiq; nixus est. Hic cō silio ac prudentia litem illam inextricabilem, quæ diutius sub iudice penderat, diremit adeo, vt inter consules & plebem conuenerit. Id fatis oībus constat. O inconsultum vulgus, & accepti beneficij immemor: nihil enim præter virtutem & bonas artes exosum es. Nunquid abhinc biennium ipsius suafu liberaliū disciplinarum tuis liberis in trinitatis domo gymnasium erectum fuit? quod non paruæ commoditatis initium foret, si modo felice successu ad summum euaderet incrementum. Quid enim reliteraria, his præsertim qui eas vel primoribus tantum labris libauerunt, dulcius? Quæ (vt à M. Fabio lepidè ac eleganter traditum est) necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes, de qua Plato legū primo cap. inquit, Disciplinæ rectam educationem dicimus. Assero equidē eos qui præstantes viri in aliquo euasuri sunt, ab ineunte statim pueritia oportere id ipsum tam ludendo q̄ studendo in singulis ipsi conuentibus meditari. Quantæ vtilitatis cum priuatæ tum publicæ radix fuerit ludus iste literarius, si quis paulò accuratius perpendant, facilè vel ex eo intelliget, q̄ singulis annis magnum auri argentiq; pondus erudiendæ iuuentutis Lugdunæ gratia circūtebatur, quæ exhaustis parentum marsupijs, pro libris gladium lateri accommodabat, pro eruditione & prudentia inscitiam temeritatēq; pro egregia laude insignem ignominiam reportabat, nunc verò politionum fundamenta eam iacere quis non videret? Sed de his hætenus. Nihil enim diffusius super hac re mihi agendum duxi. Quādoquidē abunde tibi facere satis ratus, si persuasum fuerit, ingratitude omnium scelerum caput dijs hominib; mortalium genus odiosum reddere. Cæterum mihi temperare nequeo, quum viri illius clarissimi humanitas succurrat, quæ nobis idq; Papiæ intus perspecta probataq; fuit, vbi in explicandis Pæoniæ artis authoribus primas sedes inter eminentissimos eius disciplinæ professores sibi vendicauit. In hac florenti academia lauream nuper adepti sumus. Id in causa luit, vt scribendæ Lugdunēsi historiæ stylū acuerem. Etenim ab illa, quam Papiæ cum eo ipso mihi conciliaueram necessitudine, idem mihi occurrit, tum Meti (quæ nobilissima est regni Austrasiæ ciuitas & totius prouinciæ caput) tum Lutetiæ, posthac in plerisq; alijs vrbibus. Cuius volumina cedro digna assidua doctorum manu passim versari in cōfessio est, quæ ab vniuersa Papiensium academia (testis ego oculatus) probata, nec in turba habitā hætenus fuere. Testes etiā citabuntur literæ patētes ac instrumēta eiusdē academici syngraphis cōfirmata, i quib; lectitadīs nō potui nō succensere, & feri inhumanicq; hominū generis insolentiā probatq; & grauē in eū ipsum iniuriā nō auersari. quū libros treis de ciuitate Lugdunēsi scripserit, primū de claris Lugdunēsi, alterum de regimine eiusdem ciuitatis, cum oratione quam habuit anno domini M. ccccc. iiii. in Thomalib; apud ædem diuo Nicetio sacram, tertium de origine & primordijs eiusdem, prætermissa quæ à veritate abhor-

Collegij Lugdunēsis mīstium.

Cæpegiāna humanitas.

Metis q̄ Meti diomatrix.

D E A E D I B V S

ret, Berosi historia de Lugdo, abs quo (vt voluit) Lugdunū nomē sumpsit.
D E A E D I B V S I N E A S E D I T I O
 ne disturbatis, direptisq̃.

In Moriniana aedes impetūs. ij.

DEprædatis direptisq̃ Campegianis ædibus, sediciosum illud vulgus in domum Morenianam impetum fecit. Hic ciuis ac mercator Lugdunensis, cuius horrea etsi frugibus vacua, apotheca tamen exquisitissimo vino erat refertissima. Cuius potu magis quàm tritici esu oblectabatur. Huic enim optima fœcūdissimaq̃ vitis, quæ vel Phalerno Massicove præstantius merum profert. In cellam vinariam irrumpit vinosa nebulonū cohors Campegiano nectare iam semisepulta. Bona enim pars in præsepio stertebat. Ibi cados partim terebrat, partim cōfringit, partim solo effundit, id quod Campegio contigerat. Sed quatenus ciuis ille nomine Morinus eam domum nō incolebat, in qua præter vini copiam nihil aderat, bacchabundi calones in ædes pistoris cuiusdam dulciarij (cui Laurentio nomen est) irruit. Is superiore anno ingentem tritici aceruum vendiderat, nō nihil sibi suæq̃ familiæ asseruans, quod iam situ & pedore contabuerat, ob id ne ignominiosam multam incurreret venū exponere noluit. Mox vniuersa domus Laurentianæ supellex direpta, adeo vt Biantis illud Prienæi sibi accommodare suo iure posset, Omnia mea mecum porto. Maiorem hominū opinione iacturam ipsum fecisse crediderim, erat enim diues opum. In eo conflictu, nescio quo fato, faber quidam cadarius per transitū interemptus est. pistor multo ac lethali vulnere saucius, à temulentis prædonibus tanq̃ iustitiæ ministris in vincula coniectus, atq̃ in carcerem Rhodanensem con-

In aedes Gymberianas impetūs.

reptus est. Tum verò in aedes Gymberi viri consularis ditissimiq̃ mercatoris insultum fecere, cui filia duæ maturo æuo nobiles: quarū (vt fama erat) dotem non mediocrem pater in oculis habebat. Prædabundi illi raptores limen conuellere moliuntur, contrà magnanimus ciuis omni telorum genere eos arcebat; nec intro irrupissent, ni suadente malo genio, qui reprobis dirisq̃ hominibus falsas suggestiones insufurrare solet, tectum per vicinas aedes conscendissent. Is quum nullum à vicinia præsidium, nulla deniq̃ dimicandi spes daretur, fuga salutē quæsiuit, nec citra graue vulnus: qui si interceptus in sicarij manu incidisset, iam de eo actum fuisse quis nō videt? Tunc direpta domus, expilatum ærarium, exhausta puellarū dos & forma & etate florentium, quæ ad tria scutorum milia fere accedebat. Vniuersæ merces cum magnifica supellectile abactæ sunt. Ibi quum nullū farris genus inuentum fuerit, coniectari vel facillè licet, quo animo quave potius vecordia in tot ac tam præclaras ciuiū aedes insultauerint. Nempe vt aurum venarentur non triticum, vt remp. deprederentur non annonæ penuriam leuarent. His enim quibus tritici abunde erat parentes, ad innoxios & frugibus vacuos se cōuertebant. Alias domos populabundi inuasere, quorum exitialem coniurationē nox tandem diremit. Quod si feralis ille dies (qui Lugdunensibus fastis meritò damnandus venit, mæsem perstitisset, nunquam à præda destitissent, adeo vt Lugduno elogium illud modo quadraret, Quondā floruit Lugdunum. Haud dubiè mihi per-

Nox seditionem diremit.

sursum

DIREPTIS .

suasum est, funestum illum Lugdunæ seditionis diem breuiorem à deo opt. max. effectum, vt sæuiente Antichristo cōtractiora erunt tempora. Sed ^{Baronis Do-} vt intermissam repetam? historiã, Illustris Baro Doyn dictus de Fugieres, ^{yn strenuitas} nepos strenui quondã equitis Candidi (ita enim à Gallis vocitatur) tribus duntaxat ministris comitatus, in flagitiosos illos prædones horam cōmis- nus dimicauit, ac in fugam demum vertit. Qui duodecim virorum ope ^{Cōiuratorũ} fretus facilè eos à præda cohibuisset: compluribus enim grauitè vulnera- ^{fuga.} tis à tribus tantum adiutus illæsus ac integer cum suis euasit. In eo prælio maiorũ fortitudinẽ strenuitatemq; militaris disciplinæ peritissimus eques palam indicauit illustrauitq;.

DE PVBLCO EDICTO POSTRI

die seditionis illius præconis voce nuntiato.

Postridie luctuosi illius diei sexto calẽdas Maias, Lugdunensis iudex (quem Regiũ Locum tenentem nostri appellant) reip. consuluit. Iste dictus est du Perat alter Decius, qui in bello sese deuouit & morti obtulit pro patria, vir benignus ac magnanimus. Decius Romanus & consul, iste Lugdunensis natiuitate, & inter eos officio primus est, cuius maiores ^{Lugdun. iudi} ex illustri Lemouicorum familia originem traxere. Dixisses Vergilianũ ^{cis autoritas.} illum pietate grauem ac meritis virum, quem conspicientes siluere arre- ctis auribus astantes. Ille regij procuratoris cõsilio atq; auxilio fretus, cæ- terorumq; iustitiæ administratorũ furentes animos demulcens (enim uero nihil loci tunc erat seueritati ac minis) blanda verborum persuasione vt pisces hamo allexit. Illi quidnam exquireret sciscitãti vna voce paribusq; ^{Coniuratorũ} suffragijs responderunt, se triticum indagare, quod à nonnullis mercato- ^{occafio.} ribus abditum fuerat; nec procul ab vrbe in insula quæ à nostris Barbara dicitur, ingentem frumenti cumulũ ipsos non latere, quem vix ter mille equi cõueherent. Tunc beneuola eos voce cõueniens. Dux (inquit) vester in reuisendis omnibus horreis esse velim. Primum publica vrbis granaria lustrabimus, dein ad Insulam iter facturi. Nequis interim queratur, ecce triticum minoris nempe xvj. solidis venale vobis prostat. Apud consules mille equorum vectura est, cuius prædicto pretio venum exponendi mihi potestatem fecerunt. Tunc aliqua ex parte plebis furor lenitus est. Quis ^{Plebis furor} enim adeo ferus, vt tandem mitescere nõ possit? Protinus cõsulum edicto ^{lenitus.} triticum xvj. solidis venale præco prædicauit. vndiq; circũfusa plebs citra legem, modum, rationemq; ruebat, pleriq; enim multò plus, quàm par erat alendæ familiæ congregabatur, ne dicam suffurabatur. Hinc proxima inedia occasio. Siquidem annonæ pluris xxv. solidis prius non emebatur, quæ xxxv. ac pluris post venijt. Nec citra extremam penuriam, & grauissimũ reip. detrimentum. Quidnam in causa fuerit satis superq; ex prædictis con- stat. Die Martis vrbis iudex dominũ portitorẽ vulgo nondũ planè quie- to ducem præficere coactus est, qui ad Insulam (magna comitante turba) profectus, homines ad prædam natos cohibere haud quaquã valuit, quo minus cœnobij suppellestem diriperent, ibi non inuenta illa annonæ co- pia populabundos hiantes elusit. Nam quicquid præter religioforum vi-

E D I C T V M

Etum redundabat, ijs quibus potissimum opus erat impertitū fuit. Ea est
 cœnobij huiusce conditio, vt annona minus labore, ibi enim religiosi cœ-
 plures annuo nec mediocri reditu locupletati, qui è suo sacerdotio ac di-
 gnitate ingentem tritici aceruum sibi congerunt. In hoc numero habentur
 Cellarius, Cœrarius, Eleemosynarius quē alij Munerariū vocāt, ma-
 gnus Prior, gemini sacristæ Vestiarius, & qui ægrōs cōcludit Infirmarius,
 Cubicularius, & reliqui omnes huiusmodi præclaris orti natalibus. Cæ-
 terum quando in huius cœnobij mentionem incidimus, eius originem ac
 monumenta effatu digna altius repetere, neq; iniucundum neq; alienum
 videtur. Cuius (vt memoriæ proditum est) fundamenta iecit Carolus Ma-
 gnus Romanus imperator. Ibi complures sanctorum reliquię visuntur,
 vt sacratissimus ille crater, in quo Christus discipulis cœnantibus propina-
 bat. Spectatur etiam pretiosa illa smaragdus veneræ libidinis perniciēs.
 Extrat etiam memoratissimum illud Rolandi cornu, quod apud Roncam
 vallem (vbi mortem obiit) habuisse traditur. Nec procul hinc iacet corpus
 diuæ Annæ matris gloriose virginis Mariæ. Adhæc beati Longini cada-
 uer, cui post apertū Christi latus oculorū lumē restitutū fuit. Et qm̄ de cra-
 tere, quē Christus discipulis in cœna porrexit, habitus est sermo, diutinā iter
 mortales controuersiam soluere operæ pretium est. Nōnulli enim verum
 illum CHRISTI cratera Genuæ in sancti Georgij templo se vidisse
 aiunt. Quæ mea sit sententiā paucis aperiā. CHRISTVS cœnam
 paschalem celebravit in eo calice, quem ipse cōspexi Briuę Galiarde, quæ
 Lemouicorum vrbs est. Hun c quotānis ter à populo spectari satis cōstat.
 Cuius materiā neq; visu neq; tactu dignoscere licet. de quo Marci xiiij.
 Et accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes. & ait
 illis, Hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effunderetur. Meo
 quidem iudicio cinericius lapis videtur. Proinde vt de vase Genuensī &
 Lugdunensī apud insulā Barbaram certius differamus, CHRISTVS
 ter conuiuio exceptus est. Primū in Galilea, in domo Simonis Pharisei, vt
 scriptum est Lucae vij. Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cog-
 nouit quod IESVS accubisset in domo Pharisei, attulit alabastrum
 vnguenti, & stans retro secus pedes eius lachrymis cœpit rigare pedes eius,
 & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vng-
 gebat. Tum in Bethania in domo Simonis Leprosi, quem IESVS à le-
 pra (quæ à peritioribus medicis Elephantiasis dicitur) curauerat. vbi Laza-
 rus Mariæ frater post suscitationem egit. Ibi eadem pretiosum vnguentū
 nardi pistici effudit, vt scriptū est Matthæi xxvj. cap. Accessit ad eum mu-
 lier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius. Et
 paulò post, Vnguentū hoc in corpus meum ad sepeliendū me fecit. Hinc
 nefandī proditoris Iudæ susurratio. Tertio legimus CHRISTVM
 cum discipulis discubuisse, quod quidem conuiuium futuræ salutis nostræ
 mysterium erat, die Iouis. in qua cœna altaris sacramentum instituit, quod
 à quibusdam Berengarijs, & populi seductoribus abnegari miror. præter
 sanctorum omnium decreta, qui abhinc M. ccccc. annos aliter docuerūt,
 Inde

S. crater.

smaragdus.

Rolandicorū

Calix Briuę.

Elephantiasis

*Berengario-
rū heresis.*

DE SEDITIONE.

Inde malorū abyssus ab aquilone emerfit, quam dī pestem à nobis auer-
 tant quæso. Quam ob rem his argumētis ratiocinari licet, sacrum cratera
 qui Genuæ spectatur illum fuisse, quo Simon Leprosus in Bethania
 CHRISTO propinauit. de quo Matthæi. xxvj. Cum esset IESVS
 in Bethania, in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier habens ala-
 bastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbētis. Qui
 verò apud Lugdunates in Insula, is fuit in quo bibit CHRISTVS in *Crater insula*
 Galilæa, in domo Simonis Pharisei. Qui verò est Brigæ calix apud Le-
 mouicos, ille est quo in cœna discipulis & apostolis ppinauit. de quo Mat-
 thæi. xxvj. Cœnantibus autē eis accepit IESVS panē, & benedixit, ac
 fregit & ait. Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens cali-
 cem, gratias egit, & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes. In eo calice vt
 ipse vidi, est fractura, vnde particula quædam (vt fertur) bibentis Iudæ la-
 bris adhæsit. Sanctus verò crater Genuensis, itidem & Lugdunensis ex in-
 tegra vna smaragdo constat, id quod diuinitus contigisse arbitror, quā tan-
 tæ magnitudinis smaragdus nusq̃ terrarū inuenta fuerit. Nec maioris est
 negotij, deum omnipotentem, plumbum aliud ve metalli genus in smara-
 gdim lapidem immutasse, atq; aquam in merum præstantissimum, vt in
 diui Iohānis euangelistæ nuptijs probatum est. Nihil enim à deo fieri non
 potest. Vnde Iohānis. ij. Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & erat ma-
 ter IESV Ibi, & deficiente vino dixit mater IESV, Vinū nō habent.
 Et dixit ei IESVS, Quid mihi & tibi mulier, nondum venit hora mea.
 Hactenus de Barbara insula, præclarisq; eius monimentis, & de calicis
 sancti controuersia inter mortales non vulgari, cui nos fecisse satis palam
 est. Nunc eò regrediamur vnde digressi sumus, Vbi publicus portitor, cui *Portitor iude*
 à portibus ex quibus fructus pecuniarios colligit & euenientibus illos
 exigit nomen est inditum, cum plerisq; magistratibus vulgī improbitatē
 obseruauit (ad prædam nāq; accinctum erat) hac concione lenire tentauit,
 Videtis (inquit) cœnobarum erga vos beneuolentiam, qui nihil in ocul-
 to habuere, at vniuersa in mediū protulerunt. Ii triticum pro facultate
 impertit nos obsecrant, vt missos tandem eos faciamus. Et quatenus tunc
 nū loci erat viminis terrori, ac iudicio, blando demum persuasū effecit, vt
 plebs in urbem reduceretur. Euestigo consules, tercentum & viginthi
 delectos è turba viros armis munitissimos publicis stipendijs in mensē
 donauerunt, quibus domini Pomponij Treuolcentis consilio in quē per-
 ditissimi homines nuper irruerant, præfectus est nobilis Antonius de Va-
 reys, Barro Maleuacensis, dominus Belmontanus. Is vulgī furorem ac
 vesaniam frenauit. Ibi magnifici & illustres viri domini Pomponij, vt qui
 à Treuolcenti nobilitate non degeneraret, prudentia illuxit. Cuius ductu *plebecule bi*
 atq; auspicijs ardentissima plebeculæ bilis in summam reip. comoditatē *lis extincta.*
 extincta est. Idq; diuina magis prouidentia, q̃ humano consilio effectum
 crediderim. Quid enim prudentius excogitari potuit, ac collectam arma-
 torum hominum aciem populo persuadere, ad exquirenda potissimū hor-
 rea, & si viribus opus foret, confringenda. Quod quidem in causa fuit, vt

DE PRAEFECTO REGIS

*Lugdun. anno
pe penuria.*

neutiq̄ posthac sc̄uiret attonitum stupidumq̄ vulgus. Et ne rei propositæ argumentum deesset, decretum est singulas domos inuisere, in quibus panem tritici inuentum est. Etenim ditissimi ciues pistorum pane in diem se re vescuntur, id quod à politica consuetudine abhorret. Siquidē opulentissimus q̄sq̄ formicā imitari debet, quæ inopi metuēs senectæ, farris acerrimum in proximam hyemem æstate cumulat. Cuius exemplo iure ac legibus cogendi, quibus facultates suppetunt, vt annonam sibi suisq̄ in horrea congerant, ne maxima (quæ in dies emergūt) damna ciuitas incurrat.

*Diuitum in-
humanitas.*

Tum vt esurienti plebeculæ subueniatur. Verū eò inhumanitatis deuentum est, vt pleriq̄ diuites, idemq̄ fœneratores, nihil aliud q̄ fortunæ opes omnibus modis quærent, coaceruentq̄. de quibus scitum extat illud Platonis oraculum lib. legum. v. Nunq̄ ego concedam diuitem re vera esse felicem, nisi etiam bonus sit. Fieri verò non potest, vt diuitijs aliquis simul præstet, & probitate. Dico autem diuites, vt multi existimant asserentes eos esse diuites, qui pauci è multis pecunias plurimas possident. In quibus iure vel iniuria ærarium parent, non satis intelligunt. Quippe vsu venire solet, nec id sine numine diuum, auarorum atq̄ fœneratorum liberos sui profusos esse adeo, vt quicquid longo temporis lapsu multo & continuo sudore parentes quæsierint, momento temporis abliguriant, dilapidētq̄.

*Malè partū
peius disperit*

Aut si filia sint, sinit deus, prodigis nescio quibus & de re œconomica malè meritis nubere. Idcirco quod iniquè partū est, statim dilabitur. Vsuram namq̄ omni iure ac legibus interdicitur. De qua Plato legum. v. Nemi nil liceat pecuniam deponere apud eum cui non adhibes fidem, neq̄ fœnerari; liceatq̄, si quis in fœn^o acceperit, nec vsurā nec fortē reddere. Hæc Israëliticæ & Christianæ literæ inhibēt. Cæterū biduo vbi vulgi furor remissus est, vrbis iudex quosdam seditionis coniuratos clanculum apprehensos repente laqueo addixit, quandoquidē (vt supra traditū est) non deerat frequens armatorum publicis sumptibus ac impensis collecta acies. Interim ab rege quid factū opus foret opperiebantur; nimirum vrbis consules super hac seditione cursorem præmiserant.

DE PRAEFECTO REGIO

Lugdunum missō.

*Cōiuratorū
supplicia.*

TAntisper dum vrbis administrator Treuolcensis, iudice ac magistratibus alijs comitatus, nefariorū hominū numerum occultè disquirebat, & publica priuataq̄ vrbis horrea apertū iri curabat, ecce regio iussu in urbem ingreditur præfectus, dominus de Botyeres, genere Allobrox, qui vbi primum equo descendit populabundæ plebis numerum rescire fategit. Plerosq̄ clam apprehensos, partim laqueo, partim maris exilio & remis perpetuo agitandis, partim flagris plectendos curauit. Cætera prædonum turba ad Allobrogas transfugit. Nonnulli tamen in fuga deprehēsi sunt, grandi ære onusti, in quorum albo vnus Mesiaci (quatuor ab vrbe miliaribus distat) interceptus, septingētas libras plure (vt idem fatebatur) ex Gymbriticis ædibus rapuerat. Porro ab reclusis horreis, animaduertit præfectus annonam direptam, nec æquis portionibus diuisam. Cuius rei culpa



L V G D V N V M M I S S O .

culpa in coniurationem transferenda venit. Tunc regio fretus mandato in Burgundiam concessit, vnde nec citra diligentiam bis mille tritici onera aduexit, quo comteu Lugdunensis populus vires reuocauit. Tamen si ubiuis locorum annus frugum sterilis, & sine glebarum habere, miseris mortales afflixit. Hinc vrgente hac perniciali seditione tritici mensura ad xxxv. solidorum incrementum paulatim euasit. Dehinc idem dominus de Bosteres Lugduni aliquandiu egit, sicarios illos accuratè vestigans, quorum bona pars non impune in temp. debacchata est. Qui verò fuga salutem quererunt, praconis voce reuocati, qui nisi ad diem dictum comparuissent perpetuo exilio damnabatur. Itaque plerique huiusmodi raptorum pyratum immaniorum, meritis tandem poenas luerunt. Id quod reip. in primis concludibile videtur, si nocentes, & flagitiosi homines a proborum & innocorum numero tollantur, & perinde ac triticum vitiantes herbae extirpentur. Cuiusquidem rei meminit Plato in libro de lege, In primis (inquit) curandum est, vt bonos ac malos hoies dignoscamus. Deus quippe nimium indignatur, quoties quispiam illius simile improbat, aut probat dissimile. Nam sacratissimum omnium est vir bonus, profanissimum contra vir malus. Cuius astatulatur beatus Augustinus quum inquit, Obedientia mater quodammodo omnium custodisque virtutum, hanc tueri, hanc colere necesse est, sine qua reliquarum virtutum omnium decus amittitur. Rebellis quidem populi iudicium fuerit, si abiecto omni metu atque obedientia iustitiae non paruerit. Hinc ciuiliu bellorum apud Romanos semina, quum Marij & Syllae temporibus plebs in senatum insurrexit, idcirco non mediocrem Romanae reip. plagam intulit, vno enim die, supra octodecim hominum milia seditio ex populari rebellionem cohorta absumpsit. Proinde vt ciuitas diutius floreat, plebem magistratibus parere decet. Nam (vt praecipit apostolus ad Romanos) potestas non est nisi a deo, qui resistit potestati, resistit ordinationi dei. Ministri dei sunt principes. Solus enim imperator (vt idoneus testis citet Iulius Firmicus octauo Matheseos) stellarum non subiacet cursibus, & solus est, in cuius fato decernendi non habet potestatem. Cum enim fuerit totius orbis dominus, fatum eius dei summi iudicio gubernatur. Ob id principum atque magistratuum vitia longe grauiora, quam inferiorum. Vnde in sacris literis traditum est, regibus ac principibus peculiariter quendam angelum, ac bonum genium a primo statim ortu, veluti ducem ac protectorem, a deo datum esse, alijs tamen negatum, qui regno (cui rex imperat) deputatus est. Quamobrem principis, & eorum qui reip. praesunt, officium est, annonae in primis consulere. Siquidem (vt dicere solebat Aurelius imperator) nihil populo saturato laetius. Ideoque decet principem annonae vrbicae curam suscipere, vt populus sit satur, ne fruges deficiant, neue plebecula esuritione tabescat, ne frumentarij vel suppressione frumenti, vel enormitate pretij esurientes pauperes trucidant. Oportet enim ciuitatem in trienniis frugibus munita esse, vt moris est Metensibus Lotharingie populis, vt oculatae fidei testis ego ab vrbis proceribus in publica perductus horrea, quae in triennio frumento refertissima erant. Id annuatim renouant, vetus triticum vendentes recens emunt. Idcirco Metenses annonae penuria nunquam laborant, nec iniuria

Anni sterilitas.

Coniuratorum exilium.

Rebellis populi iudicium.

Annona in primis consulere decet.

DE PRAEFECTO REGIS

laudant historici Traianum imperatorem, ex cuius prouisione factum, ut Romæ esset canon frumentarius septem annorum. Eo enim imperante Roma in ediam ac famem haudquaquam passa est. unde inter cæteros imperatores à vero dei vnici cultu & Christiana religione abhorrètes, tum à iustitia, tum à prudentia commendatur. Refert beatus Gregorius (ut in ipsius gestis traditur) quom Traiani historiam & res gestas legeret, à misericordia & pietate animum auertere non potuit. Quippe qui præter ethnici, & sacro baptismatis fonte nunquam purgati hominis conditionem nulli iustitia atque prudentia secundum prædicetur, adeo ut Gregorius (ita enim plerisque persuasum est) dominum orans Traiano veniam, & delictorum remissionem impetrauerit. Huic sententiæ subscribunt quidam sacrae pagine doctores, diui Gregorij orationem diuinæ prouidentiae præcognitam ab æterno fuisse. Cuius sententiæ tantisper suspensa constitit, dum ille orando tandem exorauerit. Verum quatenus quæ supra nos nihil ad nos (ut Socrates dicere solebat) diuina enim præscientia humani intellectus capacitatem transcendit, Traiani sententiæ theologiæ professoribus discutiendam relinquo. Nam ut author est diuus Augustinus lib. de libero hominis arbitrio, non paucis autoritatibus rationibusque in medium adductis, huius rei cognitio tam ardua est, ut qui nimis exactè, nimisque ad vnguem perscrutari uerlint, faciunt ne intelligendo ut nihil profus intelligant. Siquidem (ut ait doctor gentium) ad sobrietatem sapere oportet. Quisquis enim plus satis hanc materiã disquirat, curiosam inscitiam, & ingenij imbecillitatem satis prodit. Nimirum morosa illa & superstitiosa rerum que supra mortales sunt indagatio, quæque nostrum vndequaque seculum interturbant, nefandas profanasque hæreses non quidem peperit, at certe resarsit. Iam in nostrorum tamen ea incidimus tempora (dij boni quæ aspera, & infelicia) in quibus literarum porum infelicitas. planè rudes, non viri modo, verum etiam temerariæ, ac insolentes quædam matronæ, non aliter quam canes sanctum profanantes, vel lutosæ sues margaritas rosasque contaminantes, inscrutabilia dei omnipotentis arcana, ab ditissimaque iudicia disquirunt, de prædestinatione, prouidentia, præscientia diuina disceptantes, ac potius allucinantes. Huiusmodi enim perfecta cognitio, atque intellectus soli deo conceditur. Abijciamus igitur illas erroris tenebras, his quæ fidei sunt credentes. Neque nodum in scirpo quæ ramus (ut est in prouerbio) quod superest diuinæ sapientiæ relinquentes, quæ futura omnia ab æterno præsciuit. Atque ut semel finiam, quod theologorum est perquirant theologi.

LUGDVNENSIS

ECCLESIAE HIERARCHIA,

quæ est Franciæ prima sedes, à domino

Symphoriano Campe

gio ædita.



DE LUGDVNENSIS ciuitatis origine & antiquitate historici abũde scripserũt. Lugdus siquidẽ (vt testis est Annius vtq; nominis argumentũ indicat) Lugdunensem prouinciam incoluit. Quod verò tradit Berõsus, ab eo cognominatã fuisse totam prouinciam & incolas, ita intelligendũ existimo, vt prouinciam velit totam partem Lugdunensem, incolas autẽm Lugdouicos dictos, quos postea, g. ablata Ludouicos dixerunt. Urbem hanc primum ab eodem Lugdo Gallorũ rege, vnde nomen sortita est, conditam refert. De qua meminit Suetonius in vita Caligulæ Romani imperatoris, & Læuius, tum Plutarchus in vita Annibalis Carthaginensium ducis, itidem Strabo in cosmographia, & Seneca in epistolis, atq; Ptolemæus, necnon & alij complures ex veteribus. Inter neotericos Sabellicus in æneide meminuit, cui calculum (vt aiunt) apposuimus ihs libris tribus qui de hac ciuitate à nobis nuper æditi fuere. Quamobrẽ his omnibus supersedendum, ne in nausæ & fastidij prouerbium inciderem, duxi. At quum nihil de Lugdunensis ecclesiæ hierarchia à priscis historiæ scriptoribus traditum sit, idcirco paucis quantũ mea valebit infirmitas, eam perstringere nitar, qua tenus à nobis in eiusdem antiquitatibus deprehendi potuit. Primum igitur (vt rem altius repetere liceat) Lugdunensis ecclesiæ fundamenta iecit

*Lugdunenses
Lugdouici
olim dicti.*

beatus Phutinus, primus Lugdunensium episcopus, cui successit Hyreus. cum. xix. mille martyribus sub Antonij Veri tyrannide obruncatus. Post id temporis structa fuit ædes S. Stephano dicata, cui nõ pauci antistites præfuerunt. Postq; vrbs completa fuit, & ad CHRISTI fidem conuersa, eò loci, vbi nunc S. Nicetij templum, traducta est, cui octo & quadraginta martyrum ecclesiæ nomen erat, iisdem apud Athanacense nobiũ caput præcisum fuit. Eam, ob causam Athanacenses cœnobitæ adẽ suam ab eiusmodi martyrum memoria fundatam asserunt. Illa quæ nostra tempestate diuo Nicetio sacra est, olim metropolitana extitit, cuius veterabiles episcopi hac temporum serie nominatim subsequuntur, Phutinus, Hyreus, Iustus, Alpinus, Antiochus, Elpidius, Sicarius, Eucherius, Desyderius, Veranus, Patiens, Africanus, Rusticus, Stephanus, Vientiolus, Lupus, Agobardus, Sacerdos, Nicetius, Arigijs, Annemundus, Genesius, Lambertus, Remigijs. Hi sunt sancti præfules ab ecclesia canonizati, qui omnes beati Nicetij fano (quod olim martyrum siue apostolorum dicebatur) cum summa authoritate & sanctimonia præfuerunt.

*Phutinus pri
mus Lugdu.
episcopus.
S. Stephani
ædes.*

*Athanacense
cœnobium.*

*S. Nicetij æ
des oli metro
polis.*

HIERARCHIA

Burgundia imperii penes reges. Longo post tempore, quum Burgundia imperium penes reges esset, cathedralis ecclesia eo traducta est, ubi nunc sacrum beati Stephani, à quoniam canonici hactenus habuere. Nimirum diuo Iohanni dicata ædes, facelli speciem idæamve præ se fert. Nulla enim imago ac statua altare decorat, neque ibi pretiosum CHRISTI corpus quiescit. Hinc cathedralis non esse ecclesiam efficax fuerit argumentum. Vbi tandem cathedralis ecclesie sedes à beati Nicetii templo ad diti Stephani delubrum defecit, Per id tempus Burgundionum rex nomine Iohannes, animaduertens S. Stephani ædem duodecim tantum canonicis qui, xij. apostolorum numerum exprimebant celebrari, vnà cum archiepiscopo CHRISTI vicem gerente, diuo Iohanni templum erexit, altera ex parte S. Crucis ædem dicauit, quæ nunc parochialis ecclesie sedes, Mox Lugdunensem hierarchiam (quæ metropolitana existit) velut triumphantis ecclesie typum exemplarq; constituit. Siquidem vt in ecclesia triumphanti (quæ cælestis paradus dicitur) vnus in trinitate viuus deus, ita in Lugdunensi hierarchia (quæ vna est) tria sunt templa, primum S. Stephani quod deum patrem repræsentat, alterum S. crucis quod filium, tertium diui Iohannis quod spiritum sanctum indicat, tria hæc in vna hierarchia tres personas, in quibus vna essentia, testantur. In eorum singulis sacra Biblia integrè & vniformiter ànuatim leguntur. Porro decretum à prima institutione fuit atque sanctum, vt hæc tres ecclesie eodè cymbalorum fonitu sacrificium vtiq; auspicentur, quæ quidè observatio deum vnum in essentia, & trinitatem in vnitatem figurat. Cæterum vt in ecclesia triumphanti, xij. sunt apostoli cum CHRISTO IESU, ita à Burgundionum rege presbyteri duodecim deo psallentes ac iubilantes sunt instituti, quorum decimus tertius S. Iusti abbatia præficietur. Nunc ad Lugdunensem archiepiscopum CHRISTI vicem gerentem dignitas transiit. Ad hæc vt ecclesia triumphans. lxxij. CHRISTI discipulis insignita est, haud secus rex idem totidem canonicos delegit, qui posthac in duos & triginta redacti fuere. Vt in ecclesia triumphanti quatuor sunt euangelistæ & scribæ, vtputa S. Iohannes, S. Matthæus, S. Lucas, & S. Marcus, ita in Lugdunensi ecclesia quatuor esse custodes omnibus constat, nempe duos apud S. Crucem, tertium qui & Sacrista dicitur apud S. Stephanum, quartum apud diuum Iohannem qui ecclesie quæstor (quem vulgo Thesaurarium appellant) vocatur. Vt in ecclesia triumphante tres sunt hierarchiæ in nouem angelorum ordines diductæ, sic in ecclesia Lugdunensi in templis tribus nouem sunt personatus constituti nouem ordines angelorum referentes in tribus triumphantis ecclesie hierarchijs, in quarum prima sunt Cherubin Seraphin Throni, in secunda dominationes virtutes potestates, in simam atq; vltimam tenent principatus archangeli angeli, haud aliter in ecclesia Lugdunensi nouem sunt personatus siue dignitates archiepiscopus decanus archidiaconus, hi tres primam hierarchiam in dicant, tres sunt medij prætorum cantor & camerarius, secundam hierarchiam designantes, supersunt tres alij vt pote sacrista custos & præpositus fori Mercurialis tertiam angelorum hierarchiam repræsentantes. Deniq; vt in ecclesia triumphante

S. 10. et S. Crucis ædes quæ constructæ sunt.

Sacerdotes xij. à Burgundo rege instituti.

Quatuor custodes.

Nouem personatus.

ECCLESIAE LVGDVNENSIS.

triumphante refulgent Seraphin per quæ charitas insinuatur, Cherubin per quæ sapientia & sciëntia, dehinc Throni per quos contemplatio ostenditur. Li duo angelorum ordines super cæteros charitatem, scientiam, contemplationemq; maiori perfectione habent, ita archiepiscopus decanus & archidiaconus charitate scientia & contemplatione cæteris præstare debent. Hi enim sunt in primitiâ ecclesia tanq; prima hierarchia in ecclesia triumphante, ac velut sol luna & Iupiter in cælo omni creaturæ lumen, ita in inferioribus & subditis modestiam religionem sanamq; doctrinam infundunt. Per alias verò hierarchias virtutes designantur non tanta quidem præcellentiâ quanta superiores præditæ, at post superiores virtutibus præsertim theologicis illucescere debent. Etenim superiores non aliter super terram fulgere decet, atq; planetas stellasue in cælo mundum hunc inferiorem ac elementa illustrantes. Sed quoniam ex definitione plenius intelligitur id de quo disceptatur eam demum subiungere non videbitur absurdum. Est igitur hierarchia auctore beato Dionysio Francorum aposto-
Archiepiscopi, decani, et archidiaconi dignitas.
Hierarchie definitio.

Perficientes & purgantes,	Seraphin, Cherubin, Throni.	Suprema hierarchia.	Mouens, & est ipsa purgatio.
Purgantes & purgati,	Dominaciones, Virtutes, Potestates.	Media hierarchia,	Ad se conuertens sursumq; agens, & est illuminatio.
Purgati, Illuminati, Perfecti,	Principatus, Angeli, Archangeli.	Infima hierarchia,	Formans, deformat, & est ipsa perfectio.
Diuina beatitudo, quæ dñs Iesus est,	Purgat, Illuminat, Perficit,	Sacrorū principatum superiorum,	Purgant, illuminant, Perficiunt,
Sacrorū principatum inferiorum,	Purgantur & purgant, Illuminantur & illuminant.	Sacrorū principatum inferiorum.	Purgantur. Illuminantur, & Perficiuntur.

Cæterum in ecclesia Lugdunensi septem sunt doctores, qui etiam equites vocantur. horū officium est eiusdem ecclesie iura tueri, ethnicosq; & infideles ab ea profligare à quibus vt quondam ita nostris temporibus infestatur ecclesia permultis hæresibus, tum orientalibus cuiusmodi Mahometicæ,

HIERARCHIA

*Septētrio à
Valdēsibus
polluitur.*

tum septētrionalibus cuiusmodi Valdēsium quæ diabolicæ fraudis vene-
 no perfusæ sunt. Si oriens ab Arabibus & profana Mahometicorū secta
 inficitur ex aduerso septentrionalis plaga à Valdēsibus polluta est, quam
 deus ab occidēte vbi agimus arceat, auertatq̃. Meridies nāq̃ ab alia secta
 semijudaica iampridē periclitatus est. Sed ad positū, Prædicti septem
 doctores siue equites per septē candelabra, quæ in Apocalipsi vidit beatus
 Iohannes, indicantur. Ad hæc idem Burgundionū rex Lugdunensis ec-
 clesiæ canonicos ex familia nobiliusq̃ administraretur. Bona enim arbor (vt in
 euāgelio scriptum est) bonum fructū profert. Hinc Paulus ad Timotheū,
 præcipit, in episcopos & sacerdotes viros prudentes eligendos esse, qui
 suam familiam honestè ac decenter curent, quicq̃ rerū politicarū & huma-
 narum periti & experientia præditi sint. Qui enim fieri potest, vt ciuitatē
 atq̃ rē diuinā ritē administret, qui familiarē & domesticā regere nondū po-
 test: Cæterum rex idem canonicis Lugdunēsis edixit ne extrā claustrū
 pedibus iter facerent, sed sacerdotibus alijsq̃ ministris comitati equites
 irent, vt pleberij homines maiori pretio ac honore ecclesiæ ministros vene-
 rantur, vt in veteri testamento de leuitis & filijs Aaron traditū est. Por-
*Burgūdionū
regis edictū.*

ro Lugdunensem comitem ecclesiæ deuouit. Quare canonici cum archi-
 præfulē comites posthac nūcupati sunt. Hinc audire licet, quæ præconis
 voce compitatum prædicantur, Lugdunensis archiepiscopi ac comitū no-
 mine edici. Vt tandem de huius tam celebris ecclesiæ primordijs nōnihil
 altius repetam, Templi quondam Veneris, vel (vt alij autumant) Mercu-
 rialijs fori, aræq̃ Cæsareæ lapidibus extructa fuit. Hæc in Gallia honore
 & authoritate principatum obtinet priuilegijs gaudens, quæ alijs negata
 sunt. Nimirū mitris redimiti comites concinunt, sine ministro ad aras sese
 amiciūt, sine libro psalmos Dauidicos modulātur, nullius ducis interuētū
 aut præfulis ne regis quidem imperatorisue aut summi pōtificis cœptum
 sacrificium intermittunt, officiū nō innouāt, antiquā consuetudinē haud
 quaquā immutāt, Iis de causis Lugdunēsis ecclesia immutabilis dicitur q̃
 nullā admittat nouitatē. Ob id in ipsa planus dūtaxat auditur cantus citra
 alias musicæ artis illecebras, citra organa & reliqua id genus instrumēta.
*Lugd. ecclesiæ
instituta.*

Huiusq̃ immutabilis cōstantiæ argumentū nobis relictū est. Si quis enim
 è canonicorū cæterorūq̃ ecclesiæ ministrorū numero vel minima diei parte
 ab officio discedat, decretum est eo ipso die à cōmuni officio desistere, ea
 quidē lege, vt quisquis in causa fuerit ab omni choro explodatur, in pro-
 bris sit, suaq̃ distributione & penu quotidiana priuetur. Quocirca eiusdē
 ecclesiæ sacratā decet sacerdotes. xij. in totius chorivicē substituere, q̃ post
 magnū altare diuinū officiū vel vnus ob noxam intermissum repetant. id
 culpæ genus sua lingua Priuationē appellare solent, tunc enim cōmune
 priuatur officiū. Quamobrē vnusquisq̃ suarū satagit rerū, suocq̃ adamsu-
 sim fungitur munere, ne ecclesiæ scādalo fiat. Huic præcēt decanus (modo
*Decani au-
thoritas.*

archipræfulē exemeris) qui velut caput in reliquos ius habet comites. Li
 nullis vtique legibus archiepiscopo deuincti sunt. Quum enim sacri cele-
 brantur

ECCLESIAE LVGDVNENSIS.

brantur ordines, decanus cum archidiacono examinādos, qui sacris inītia-
 ri consummariq; velint, curant., Id quod archiepiscopo non est, cōcessum.
 Haec de Lugdunensis ecclesiae hierarchia. Nunc tandem receptui ca-
 nendum ac claudenda antiquitate historia, quam Graeci potissimū charā-
 cteres indicāt. Graecis siquidē literis olim deo sacrificiū offerebatur, cuius *Lugdunēses
 Grecus literis
 quōdā utebā-
 tur.*
 rei oculus sum testis. Vidi equidē antiqua illa ex arborū corticibus vo-
 lumina penetralibus adytis recōdita & miro quodam artificio Graecis li-
 teris incisa, in quibus psalmi omnes hymniq; conscripti apparēt. Hac ra-
 tione maiores nostros Graeco tantum sermone & Graijs literis vsos in cō-
 fesso est, idq; Cēsar lib. vj. commentariorum memoriā prodidit, quum de
 Druidis agit, Solts (inquit) Graecis literis utebantur, quas à Samote patre
 habuerunt vt ibidē dicit. Cōsequens est igitur, vt nō à Cadmo, sed à Gallis *Greca rū lite-
 rarū authon-
 res Galli.*
 tam Galatae quā Mæones & Gallograeci tota deniq; Graecia easdē ha-
 buerint. Cæterū quisquis in hos Lugdunae hierarchiae cōmentarios inci-
 deris, candide lector, monitū te velim, vt paulō attentiore mētis scrutinio
 tecū perpendas quantū à praestantissimis illis maioribus nostris exorbita-
 mus, & si fas dicere degeneramus, qui omī prudētia omniq; sapiētia duce
 bonas literas in primisq; deū & ecclesiā venerabātur, excolebāt, amplexa-
 bantur. Nostri verō temporibus voluptati, auaritiā, vsuris, calumnijs, su- *Nostri seculi
 uitijs.*
 perbiā, cæterisq; capitalibus vitijs plerosq; mortaliū deditos videris. Et ne
 longē exempla petantur, obserua quāso in qua rerū conditione sit Lugdu-
 nea ciuitas, tametsi à viris illustrissimis fundamēta accepit nempe regibus
 sanctisq; praesulibus, vt paulō antē dictum est, qui edes amplissimas superis
 dicauerūt. Siquidē Burgundiae rex diuo Iohāni, sanctus Sacerdos Paulo
 apostolo, aliq; sancto Iusto vtpote eius cōsanguinei clarissimi, à quo Tur-
 nonius dominus nomen habuisse gloriatur, nonnulli S. Hyreneo templū
 erexerunt, quidam Athanacense cōnobiū instituerunt, aliq; S. Nicetio, *Turmonis do-
 minus.*
 S. Petro, vbi scimoniales (vt apud Romanos virgines vestales) CHRI-
 S.T.O nupserunt. His adijce ædem, nostrae dominæ Platearū sacram, vtq;
 in summa colligā, religiosissimos anachoritarū siue mendicantiū quatuor
 cōuentus, & cætera id genus cōnobiū genera, quae numero vix licet
 comprehendere; nec tamē pretermiserim S. Georgij & fori Veneris delubra
 memoratissima. Igitur breuitati cōsulens Lugdunēsi hierarchiae supremā *Liber de cla-
 ris Lugdun.*
 imponere manū duxi, quippe quum in libro de claris Lugdunensibus
 abunde meminerim, in quo Lugdunensem hierarchiā plenius agnoueris;
 neq; epim in hoc opusculo mihi diffusius agendum putauī, neq; per otium
 licuit.

Finis Hierarchiae, & omniū Camporum in hoc
 volumine cōtentorum, à domino Symphoriano
 Campegio equite aurato æditorum.

EPITAPHIA,
PRIOR TABVLA IN LAMI
nis æreis idcꝫ Lugduni reperta M. ccccc. xxix.

A E I R V M N O S I O I I

Equidem primam omnium illam cogitationem hominum quam maxime pri-
mam accursuram mihi prouideo, deprecor ne quasi nouam istam rem intro-
duci exhorrescat, sed illa potius cogitetis quam multa in hac ciuitate noua
ta sint & quidem statim ab origine urbis nostrae, in quot formas statusque
respublice nostra deducta sit. Quondam reges hanc tenuere urbem, nec tamen dome-
sticis successoribus eam tradere contigit, superuenerunt alieni & quidem exte-
rni, ut Numa Romulo successit ex Sabinis ueniens uicinus quidam sed tunc
extremus, ut Anco Martio Prisco Tarquinius propter temeratum sangui-
nem, quod patre Demaratho Zinthio natus erat Tarquinius in matre gene-
rosa sed inopi, ut quae tali marito necesse habuerit succubere, quam domi re-
pelleretur a gerendis honoribus, postquam Romam migravit regnum adeptus est.
Huic quoque & filio nepotivae eius (nam & hoc inter auctores discrepat)
insertus Seruius Tullius si nostri sequimur captivus natus Ocrefia, si Thu-
scos Caelij quondam vi uenit sodalis fidelissimus onusque eius casus comes
postquam varia fortuna exactus cum omnibus reliquis Caelianis exercitus
Hetruria excessit, montem Caelij occupauit, & a duce suo Caelio ita appella-
tus, mutatoque nomine (nam Thuscus Mastarda ei nomen erat) ita appellatus est (ut
dixi) & regnum summa cum reipublica utilitate obtinuit. Deinde postquam Tarquinius
Superbi mores inuisi ciuitati nostrae esse coeperunt, qua ipsius qua illorum
(ei nempe pertaesum est metes regni) & ad consules annuos magistratus ad-
ministratio reipublice translata est. Quid nunc commemorare dictaturas? hoc ipso
consulari imperium ualentius repertum apud maiores nostros, quoniam superio-
ribus bellis aut in ciuili motu difficiliore motu uiteretur, aut in auxilium ple-
bis iuratos tribunos plebei, quid a consulibus ad decem viros translatum impe-
rium, solutoque postea decemuirali regno ad consules rursus reditum. Quid enim uis-
ris distributum consulare imperium, tribunosque consulari imperio appellatos
qui seni saepe octoni crearentur, quid communicatos postremo honores non
imperii solum sed sacerdotiorum quoque, iam si narrem bella quibus coepe-
rint maiores nostri & quod processerimus, vereor ne nimio insolentior esse
videar, & quae si iisse iactationem gloriae, prolatis imperii ultra oceanum, sed il-
loc potius reuertar ciuitatem,

TABVLA POSTERIOR PER FRA
ctionem dimidiata est sanc.

VOVO DIVVS AVG
PATRVVS. TI.

ONCIVS ET

CAesar omnem florem ubique coloniarum & municipiorum bonorum
scilicet uirorum & locupletium in hac curia esse uoluit. Quid ergo? num
Italicus senator puinciali potior est? Iam uobiscum hanc partem censuras meas
adprobare coepero, quid de ea re sentiant rebus ostendat, sed ne puincia-
les quidem

LVGDVNENSIA.

les quidē si modo ornare curiā poterunt reijciēdos puto. Ornatissima ecce colonia valentissimaq; Viēnensiu, quā lōgo iam tēpore senatores huic curiæ confert. Ex qua colonia inter paucos equestris ordinis ornamentū L. Vestinū familiarissimē diligo, hodieq; in rebus meis detineo, cuius liberī fruātur quāso primo sacerdotiorū gradu, postmodum cū ānis p̄moturi dignitatis suæ incremēta. Vt dirū nomē Latronis taceam, & odī illud palestricū pdigiū quod antē in domū cōsulatū intulit, quā coloniam suā solidū ciuitatis Romanę bñficiū cōsecuta est. Idē de fte eius possum dicere miserabili qdē indignissimoq; hoc casu, vt vobis vtilis senator esse nō possit. Tēpus est iam, Ti. Cæsar Germanice detegere te patribus cōscriptis, quod tendat oratio tua; iam enim ad extremos fines Galliæ Nabonēsis venisti. Tot ecce insignes iuuenes quot intueor, nō magis sunt pœnitēdi senatores, q̄ pœnitet Persicū nobilissimū virū amicū meū inter imagines maiorum suorū Allobrogici nomē legere. Quod si hæc ita esse cōsentitis, quid vltra desyderatis: q̄ vt vobis digito demōstrē, solum ipsū vltra fines provinciæ Narbonēsis iā vobis senatores mittere? Quādo ex Luguduno habere nō pœnitet, timidē quidē P. C. egressus aduetos familiares vobis prouiciarū terminos sum. Sed destrictæ iam Comatæ Galliæ causa agēda est, in qua si quis hoc intuetur quod bello per decē annos exercuerunt, diuum Iulium idem opponat centū annorum immobilē fidem obsequiūq; multis trepidis rebus nostris plusq; expertū. Illi patri meo Drufo Germaniā subigenti tutam quiete sua securāq; à tergo pacē præstiterunt. Et quidē quū ad census nouo tum opere & inadsueto Gallis ab bellū aduocatus esset. Quod opus q̄ arduū sit nobis nunc quū maximē (quīs nihil vltra q̄ vt publicē notæ sint facultates nostræ exquiratur) nimis magno experimēto cognoscimus.

EPITAPHIA EX VETVSTISSIMIS MONIMENTIS VRBIS LVGDVNI IN GALLIA COMATA SVMPTA.

Lugduni in pariete cuiusdam domus.

L. Tauricio Florentij Taurici Tauriciani filio Veneto allectori Gall. patron. nauar. Araricorum et liguricor. Item arecaironum et condeatium. n. prouinciæ galliæ,

Lugduni in quadrato lapide supra secundam ianuam claustris. S. Iustii.

Caluisse Vr. et memoriæ Sanctissime. P. Pomponius D gemellinus

Lisiluit Aug. Lugd. confugij charissime et incomparabili posuit. M

Ibidem extra portam sancti Iustii

D M. Et memoriæ Seueri. L. Rollio de se benemerenti posuit & sub ascia dedicauit

Ibidem in pariete domus in lapide preposterè.

Sex. Iulio Thermiano & Senonio. D.

Ibidem in templo monasterij sancti Benedicti.

D. M. Memmiæ Iulianæ N S.

Ibidem in quadrato lapide apud ostium cuiusdam domuncule.

M. Staius Aeschinus. V. f. h. m. h. n. s.

Lugduni in monasterio S. Hyreni in magno quadrato lapide.

D. M. & memoriæ æternæ Solēnio fido milit. leg. i. mineræ imaginifero Marunina Vi
ctorina coniugi charissimo ponendū curauit & sub ascia dedic. milit. militi. leg. legio-
nis. i. primæ dedic. dedicauit.

E P I T A P H I A

Ibidem in eodem templo in quadrato lapide qui pilam sustinet a quo benedictæ.

D. M.
D Sex. Cossutio Sex. fil. Quirino primo emerito ex cohort. xij. vrbis. T. Silius hos
 spes signifer. coh. eiusdem amico posuit. M
In Lugdunensi agro.

Iul à clara pilaguri. F. hic adquiescit secundum suos.

Lugduni prope arcem apud portam Petre scisse

D. M. M. P. Iustini marcelli infantis dulcissimi qui vixit annum vnū dies qua
 dragintaseptem. D. dijs. M. manibus. M. marci. Ibidem

M. Iustinus secundinus & **Primaria** marcellina patres amissioe eius orbat. P. C. & S.
 asc. D D C. P. ponēdū C. curauerunt S. sub. asc. ascia. D D C. dedicauerunt

Lugduni in pariete templi apud portam in introitu claustrī. S. Iohanni.

Bonæ memoriæ & **spei æternæ spū** q̄q̄ incōparabili Peligiæ minnæ feminæ rarissimæ
 castitatis exēpli affectonis pleng erga oēs homies Iulius Primitius Dec. C C C. Augur.
 Lug. cōiugi incōparabili

Quæ vixit ann. xxxj. mens. v. dies. iij. sine villa que
 rela sibi q̄ vituus fecit & sub ascia dedicauit
Dec. decurio C C C. trecentorū Augur. augurū. Lug. lugduni Ann. annos. xxxj. trigina
 taunum. mens. menses. v. quinq̄. iij. quatuor.

Ibidem in quibusdam magnis saxis nuper effosis.

Sex. Iulio A. mermiano. ij. Senonio. D. Sexto Iulio Sextiliano.

Item Lugduni in fundamentis cuiusdam templi ætustissimi.

D Memorię **Citulia** lexionis **Vituli** siue **Alexādi** q̄ vixit annis lxx. mens. vno. diebus
 xj. **Ciulius Caricus** patronus. et alūno dulcissimo posuit & sub ascia dedicauit. M

Item Lugduni in intraitu sancti Stephani.

Sex. Iugurius Sex. fil. Galeriamarinus summus Curator. C. R. puinc. lug. Q. ij. vir. A. L.
 B. ornamentis Suffrag. Sanct. ordinis honoratus. ij. uir. designatus ex postul. populū ob
 honorē perpetui pōtifici. dati Cuius doni dedicatioe decurionib. ✕. v. ordini equestri
 litiū. viris. aug. negociatorib. vinarijs. ✕. ij. & oib. corporib. lug. licitē coeuntibus. liē
 ludos circenses. dedit. L. D. D. D. Sex sextus. Sex. sexti. fil. filius. C. ciuitū. R. roma-

norū. puinc. puinc. Lug. Lugdunēsis. Q. quinquēnialū. ij. duumuir. Suffrag. suffragi
 orū. i. voluntariū. & volūtarū xpīarū per vocē & electionē. Sanct. sancti. ij. duumuir.
 postul. postulatione. Pontifi. pontificatus. Decurionib. decurionibus. ✕. denarios. v.
 quinq̄. Aug. augurū. Negociatorib. vinarijs q̄ faciebant mercaturā vini negociatoribus
 vinarijs. ✕. denarios. ij. tres. & omnib. corporib. oibus corporibus. i. cōfraternitatibus
 lug. lugduni licitē coeuntibus. i. q̄ licitē cōueniebāt. Ludos circēses. i. qui fiebāt i circo
 quod erat ēdificiū v̄ locus dispositus ad istos ludos q̄ bigis & quadrigis circa metas.
 obeliscos currētibus fiebāt Romæ & alibi. L. libēs. D. decreuit. D. dicauit. D. donauit

Ibidem fragmentum.

Lu. Heluio. L. filio voltim frugi curatori nautarū bis. ij. vir. viennensū patrono
 rhod. & araricor. N. rhod. & arar. ij. vir. duumuir. rhod. rhodanicorum. & araricorū.

Lugduni in capella maiori S. Petri monialium.

Tibe. Pōpeio Pōpeius Ti. fil. prisco caduro oibus honorib. apud suos sanct. trib. leg.
 V. macedonice indici arce galliarū. ij. prouinc. galliæ.

Tibe. tiberio. Ti. tiberij. fil. filio. honorib. honoribus. funct. defuncto. trib. tribuno. leg.
 legionis. v. quinz. ij. tres. prouinc. prouinciæ.

Ibidem eregione.

Q. Tulio Seuerino Sequano omnib. honoribus inter suos funct. patrono Splendidiss
 mi corporis. N. rhodanicor. & arar. cui ob innocen. morum ordo ciuitatis suæ bis statu
 as decreuit inquisitori galliarum tres prouinciæ. gall.

Q. quinto. Omnib. oibus. Rodanicor. Rhodanicorū. Arar. araricorū. Innocē. inocētū.

Ibidem in parietibus foris.

Iouf. O. M. Q. Adcinnius Vibici fil. Martinus Seq. Sacerdos Romæ & aug. ad aram
 ad confluentes. Araris. & Rhodani flumen. ij. vir in ciuitate Sequanorum

O. optimo. M. maximo. Q. quinto. Seq. sequinus. Confluentes. vbi rhodanus & araris
 cōfluunt & cōiunguntur. ij. duumuir.

LE PRIVILEGE DV ROY.

FRancoys par la grace de Dieu Roy de Frâce Aux preuoost de Paris, Seneschal de Lyon, & a tous noz aultres iusticiers ou a leurs lieutenâs salut. Receu auôs lhumble supplication de nostre Cher & bien ayme maistre Symphorian Châpier cheualier, docteur en medicine, p̄mier medecin de nostre trescher & trefayme cousin le Duc de Lorraine cōtenât, q̄ il sest applicq̄ a traduire & rediger par escript ung liure intitule, de la Monarchie de France, & troys Empires, auccqs propugnaz de de France, ensemble Larmonie du môde: ou il a uaque par le temps de douze ou quinze ans. Lequel pour la decoration de la sacree couronne de France, & que les choses y contenues soient notoires entre toutes nations, il seroit uouletiers imprimer. Mais aussi il desyeroit, que attendu son labeur & exposition de temps aultres que luy ne le peussent faire imprimer sans son cōge, licence, & permission. Nous humblement requerant sur ce luy impartir nostre grace. Pource est il, que nous ces choses consyderees inclinans a la supplication & requeste dudict suppliant, a icelluy auons permis & octroye, octroyons & permettōs de grace especial par ces p̄sentes, que il puisse faire imprimer ledict liure par luy cōpose, par telz libraires q̄ bon luy semblera: sans ce que iusques au tēps & terme de six ans aultres libraires ne p̄sonnes q̄lz cōques puissent imprimer, ne faire uēdre lesdictz liures en nostre royaulme, pais, & seigneuries sans expres conge, licence, & permission dudict maistre Symphorian Champier. Si uous mandons & commettons par ces presentes, & a chascun de uous surce requis, que de nostre present grace, conge, licence, permission, & octroy uous faciez, souffrez, & laissez ledict maistre Symphorian Champier ioyr & user plainement & paisiblement. En faisant inhibition & defence de par nous, & par cry public, si mestier est, a tous libraires, & aultres personnes quelz cōques de nō pendent ledict temps de six ans imprimer ne faire imprimer, uēdre ne exposer en uente ledict liure en nostre royaulme, pays, & seigneuries sans le conge & expres uouloir, & consentement dudit suppliant. Car ainsi nous plaist il estre fait. Dōne a Lyon le XXV. iour de luing, Lan de grace. M. CCCCC. XXXIII. & de nostre regne le dixneuiesme.

Par le Roy, a uostre relation

Des Landes